

1. N: D. N. 7. C.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

LEGIBUS AD STATUM  
CUJUSLIBET REIPUBLICÆ

PRUDENTER APPLICANDIS,

ET DE

JURE RECEDENDI  
A CONSTITUTIONIBUS IMPERII  
STATIBUS COMPETENTE,

QUAM

SOLO DEO PRÆSIDE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. LVD. IO. WILH. GRVNONE,

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQUA.

INDULTU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI,

IN ALMA LUDOVICIANA

PRO

DIGNITATE DOCTORALI

CONSEQUENDA,

EXCELLENTISS. DNN. PROCERUM ACAD.

DISQUISITIONI SUBMITTIT

ULRICUS FRIDERICUS BECHT.

HEILBRONNENSIS,

AD DIEM VII. SEPT. ANN. MDCCXXIII.

GIESSÆ, TYPIS JOH. REINH VULPII, ACAD. TYPOGR.

Coll. diss. A  
7, 24

a. VII. 24.

DISSECTATIO JURIS

REGIBUS ADSTATUM  
CIVILIBUS REIPUBLICAE

HERE RECEDENDI

A CONSTITUTIONIBUS IMPERII  
STATIBUS COMPETIT

DE QUO PRAESENTI

ACTORIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPIS NE DOMINO

D. N. S. I. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O.



IN AEMULA LUDOVICIANA

DIGNITATE DOCTORUM

EXCELLENTISSIMO D. N. S. I. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O.

M. R. I. C. H. A. R. D. U. S. P. R. I. N. C. I. P. I. S. B. E. C. H. T.

AD DIEM 10. M. A. I. 1771.

CLASSE, T. III. P. 101. P. 102. P. 103.



Q. D. B. V.

## SECTIO I.

§. I.

**R**ectissime sane ait Plato *Lib. IX. de LL. Si homines sine Legibus viverent, nihil à feris ferocissimis discreparent*; Leges enim ad conservandam humanam Societatem admodum esse necessarias, prima jam tempora factis ostendunt. Siquidem corruptis post lapsum hominum ingeniis, multiplicatisque hominibus, plures se congregarunt, inter se inierunt pacta, quæ re ipsa nihil aliud sunt, quam LL. conventionales, & vi pacti quoque vel Seniori, vel prudentiori se subjecerunt, & vel expressè vel ex natura negotii tacitè promiserunt, se illius consilia sequi, & mandata exequi velle, bene cognoscentes, nec se solos capaces esse, se contra alios improbos defendendi, nec inter se ipsos concordare fore, nisi alter alterum vi pacti, seu Legis conventionalis obligaret. Aucta postea humana gente, auctisque improborum sceleribus & flagitiis, aucta etiam est necessitas plures Leges novaque statuta condendi, & Regnantibus prima semper fuit & princeps cura, subditis utiles præscribendi LL. ne prohi ac infirmi ab improbis & validioribus opprimerentur, atque ut hi vi quadam ad justitiam colendam adigerentur. Ita, urbe Roma vix exstructa, Romulus statim vidit, Incolas ejus, istam hominum colluviem, sine LL. retineri haud posse, & eam ob causam subito curavit, Leges quasdam ad illos compescendos præscribi, imò, in ipso Fratre transgressore primum poenam

A 2

statuit,

statuit, ne si hic id impune ferret, eo ipso, malum, imò  
 pessimum prabeatur exemplum. Romulum in Regimine  
 sequens Numa Pompilius necessitatem LL. magis magisque  
 perspiciens, à Romulo jam latas non solum emendavit, sed  
 & auxit ac permultas superaddidit, atque ita novam istam  
 urbem vi & armis conditam, Jure, Legibus ac bonis mo-  
 ribus, quasi de integro condidit, imo ut ferocis hujus Po-  
 puli animi, militia admodum efferati, facilius mitigen-  
 tur, Legibusque se subjicere persuadeantur, prudens ac ju-  
 stus hicce Numa propalavit, sibi cum Dea Ægeria noctur-  
 nos congressus esse, & illam ipsam Leges sibi suggerere, & po-  
 pulum jubere, ut eas quam exactissime observet, v. Livius  
 L. I. c. 19. 20. & 21. Dionys. Halicarnass. L. 2. c. 64. seqq. Non  
 minori curæ salutares LL. fuerunt Populo Romano ex-  
 tincto Regimine Regum, & statu Monarchico in alium  
 plane mutato. Nam eo tempore circa CCC. annos ab U.  
 C. legati Athenas missi sunt, ad accersendas Leges Sapientis  
 Græci Solonis, quæ postea LL. XII. Tabb. nominatæ & in æs  
 incisæ sunt, sine dubio, ne ita facile elidi ac perimi pos-  
 sint. Forsan quoque eo ipso denotata fuit exacta, necessa-  
 ria perpetuaque earum observantia. Mutato iterum statu  
 priori in Monarchicum, Imperatores æque solliciti fuerunt,  
 optimis Legibus, subditos instruere, uti innumera Consti-  
 tiones, & ipsum Jus Justinianicum, sufficienter docent.

## S. II.

Itidem veteres Germani neutiquam utilibus LL. desti-  
 tuti fuerunt. Licet enim Tacitus *de Mor. Germ. Cap. XIX.*  
 mentionem faciat, quod sceminae pariter ac masculi litte-  
 rarum secreta ignorarint, & in fine superaddat, quod a-  
 pud ipsos plus valuerint boni mores, quam alibi bonæ  
 Leges; ex eo tamen minime sequitur, nullas Leges ha-  
 buisse Germanos, nam illi boni mores, quorum cit. Au-  
 thor

thor mentionem facit, nihil aliud fuerunt, quam consuetudines & communia placita, utpote quæ re ipsa LL. sunt, & ita *loco cit.* recensiti boni mores saltem ut consuetudines, seu LL. non scriptæ, Legibus scriptis aliorum Populorum opponuntur. Imo omnibus ceteris Gentibus salutare condere LL. cordi fuisse, innumeris adhuc exemplis, illustrari posset, si instituti esset, hisce præliminaribus nimis immorari; Quin imo non solum probitate præditi, sed & improbissimum hominum genus, ipsæ scil. furum atque latronum cohortes, legum necessitatem cognoscunt, siquidem quamplurimis vicibus, horum latebris perscrutatis, una cum clavibus, & aliis malitiæ Instrumentis, reperiuntur etiam Statuta, seu Leges abusive sic dictæ, & quidem literis exarata, quibus inter se utuntur, secundum quas actiones suas, licet malitiosas, instituunt, delicta inter semetipsos commissa puniunt, atque res furto & perpetrato latrocinio ablatas inter se dividunt, & eos quoque, qui LL. illis se subicere & parere detrectant ex Societate sua ejiciunt. Quum igitur ne quidem flagitiosa ejusmodi Societas sine LL, seu certis statutis inter se observandis, vix subsistere & in suo genere salva esse possit, multo magis profecto tota Respublica, in qua boni & probi semper sunt mixti malis ac improbis, salutaribus indiget Legibus & Ordinationibus, quod & Cicero pro Cluentio, pereleganter exprimit sequentibus verbis: *Mens & animus, & consilium & sententia civitatis posita est in Legibus; ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis ac sanguine, & membris, uti non potest;* licet quoque quis dicere vellet, si de re aliqua lis oriatur, ex bono & æquo eam semper decidi posse; ille maximè sane errat, quanta enim hic se præsentaret difficultas? quam multi se excusarent ignorantia Juris, vel alio furo scelera improbaque facta

A 3

tegere

tegere conarentur? Sæpius præterea dantur iudices, qui bonum & æquum bene cognoscere, & dignoscere, non admodum callent, unde multoties accidere potest, ut inde eveniat æquitas valde cerebrina; uti Aristoteles *II. Polit.* de Lacedæmoniorum Ephoris queritur, scribens: *Satius fuisset, eos iudicare non suum sensum secutos, sed & scriptis & Legibus.* Id quod omne vero evitatur, si secundum expressas & indubitatas Leges, seu scriptas, seu non scriptas, res cognoscitur atque deciditur.

§. III.

Ex hisce adductis itaque liquet, rem esse plane expeditam, quod Respublica sine Legibus salva esse non possit. Ast vero non sufficit, eam abundare Legibus, sed primario requiritur, ut Leges non sint cerebrinæ, sed ut vera & certantantur ratione atque ad statum præsentem ejus Reipublicæ, in qua debent observari, quadrent. Ita in ferendis iis directo ac principaliter conditio Regionis ac personarum hanc inhabitantium, ad quarum gubernationem, & conservationem, spectare debent, considerata venit, quo facilius officio suo juxta illas, secundum quas actiones instituire tenentur, defungi possint, non enim tantum ad utilitatem Imperantis, sed potius ad salutem omnium civium respiciendum, uti maximo cum laude Cicero de veteribus Romanis prædicat. *Lib. I. de Invent. Rhetor. c. 38. Es virtute, inquit, & sapientia, Majores nostri fuerunt, ut in scribendis Legibus nihil sibi aliud, nisi salutem atque utilitatem Reipublicæ proponerent: neque enim ipsi quod obesset, scribere volebant, & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri Legem intelligebant. Nemo enim Leges Legum causa salvas esse vult, sed Reipublicæ, quod ex Legibus omnes Rempublicam putant optime administrari.* Conditio ergo inquam, & ingenia subditorum præprimis

præprimis hac in re sunt consideranda, cognita enim eorum indole, demum recte constat, qualis norma iis possit applicari, ut exinde Reipublicæ nascatur felicitas. Licet enim homines maxime inter se differant, & singulorum natura discrepet, attamen multis in rebus & in principali quadam inclinatione plurima ejusdem nationis, vel universitatis membra convenire videntur; Ita alii magis student libertati, ut Germani atque Poloni; Alii magis servitute affueti sunt, uti Galliæ incolæ, sicuti videri licuit in Huguenotis, qui à Rege Ludovico XIV. omnibus bonis privati, tamen amorem in illum haud mutarunt; Alii magis dediti superstitioni, uti Hispani; Alii magis novarum rerum sunt cupidi, uti Angli; & sic porro. Ita etiam minorum ditiorum ac parvarum universitatum incolæ alii magis libidini, alii ebrietati, alii rusticitati, alii pertinaciæ, alii rebellioni dediti sunt, & ita alii magis ad hoc, alii ad illud inclinant vitium; Non ut omnes omnino & cuncti ejusdem Regionis seu civitatis membra in eo conveniant, sed ut maximæ partis, nam semper à potiori fit denominatio, eo tendat inclinatio. Perspectis itaque eorum, in quorum gratiam Leges ferendæ sunt, ingeniis, eo facilius illæ ordinari ac eo dirigi possunt, ut perpetuam Reipublicæ prosperitatem promoveant, & tam subditos, quam Regentes felices reddant.

#### §. IV.

Inde Legislatori constare potest, an subditi vel lenitate, vel rigore sint regendi, an magis amore, quam metu, vel vice versa, potius metu, quam amore coerceri possint, & ita, an libertas eorum sit potius extendenda, vel restringenda; Uti enim libertas naturalis in statu naturali maxima producit incommoda, sicut Appius Claudius apud Dion. Halicarn. *Lib. V.* perhibet: *Nullam pejorem esse consuetudinem aut ipsis Rebuspublicis, aut familis, quam si*

*unius.*

*unusquisque semper pro sua libidine vivat* : ita etiam in statu civili nimis laxa, si ejus subditi capaces non sunt, ad delinquendum quasi invitatur ; nam corruptis ita hominum ingeniis, pauci sane ab interna honestate impelluntur, ne libertate illa abutantur, unde fieri solet, ut res indifferentes, quæ alias adiaphora nominari solent, & tam malæ, quam bonæ, secundum ordinatum ac inordinatum earum usum, evenire possunt, plerumque magis in malum quam bonum vergant, quia plerique in Republica libertate non recte sciunt uti, cum cupiditates vulgi stulti sint inexplebiles, & infinitæ. Appius Claud. *cit. l.* & ita earum principiis obstandum est. Attamen hac in re judicium omnino est adhibendum, & mediam sequi debemus viam, ne scilicet conditio subditorum, & præprimis eorum, qui præ aliis sunt præditi ingenuis animis, & majori semper libertate affueti fuerunt, reddatur quasi servilis per nimiam ejus restrictionem ; Ita Dio *in Nerva Lib. LVIII.* eleganter inquit : *Malum est habere Principem, sub quo nihil ulli liceat : pejus tamen eum sub quo omnia omnibus.* Si enim ejusmodi homines, qui omnes ad libertatem natura trahuntur, per nimiam & sæpe haud necessariam restrictionem, periculum subeunt, libertatem suam penitus amittendi, ad alia extrema perniciosissima, imo ad totam ruinam & everfionem Reipublicæ vergentia facta, ducuntur. Sic nimius rigor causa fuit, quod decem Tribus populi Israëlitici à Rege Rehabeamo defecerint. Uti pluribus legendum *l. Reg. cap. 12.* Similiter Tarquinii Superbi, ultimi Romanorum Regis arrogantia, & in Romanos adhibitus nimius rigor, toti Regum regimini exitium paravit, & totam Reipublicæ formam, Statum scilicet Monarchicum in Aristocraticum, mutavit. Accedamus ad tempora recentiora, & pristina Secula, ubi videre licet, Belgium confœderatum à Philippo

Philippo



Philippo IV. Hispanorum Rege non aliam ob causam defecisse, & singularem ac propriam erexisse Rempublicam, quam ob maximam savitiam & arrogantiam Ducis de Alba; Sic etiam superbia, rigor, & nimia onera, quibus Præfecti Austriaci Helvetiæ Incolas premerant, sola causa fuerunt, ac præbuerunt occasionem, quod tota Helvetia seditionem struxerit, Præfectos omnes ejecerit, atque ita ab Archiducali Domo Austriaca avulsa inq; specialem Rempublicam conversa sit. Hi sunt plerumque effectus nimis rigidi regiminis. Sicuti vero multæ Gentes leniorem Regiminis formam requirunt, ita dantur quoq; multi homines, qui admodum servilis ingenii sunt, & non nisi accedente savitia possunt tractari, qui statim ac sentiunt, laxiores sibi esse habenas, ad seditionem inclinant, vel ad alia scelerosa facta perpetranda admodum prompti sunt, uti vivum & præsens exemplum præbent Rustici Bohoemici, quorum collis semper Jugum inhærere debet, alias neutiquam coërceri, & ad debitas præstationes præstandas adigi possunt. Multum igitur interest Legislatoris, ut bene instructus sit, qualibus ingeniis ii, quorum actiones per Leges corrigere, coërcere, & ad servandam quietem tam privatam, quam publicam, aptare cupit, sint præditi, ne scilicet illis, qui magis servilis naturæ sunt, nimis laxet habenas, & iis, qui majorem libertatem animi fovent, nimis restringat, sed ordinationes suas ad eorum, quibus præscribendæ sunt, ingenia in tantum accommodet, in quantum & jus divinum, & jus naturæ, & ipse status Regionis, id permittit.

S. V.

Omnino enim Legislatori & Status Regionis, nec non temporum ratio est habenda, quæ cum sæpius mutantur, ita etiam non semper eadem Leges observari possunt, sed mutato Regionis seu temporum statu & leges, quæ ad mu-

B

tatam

tatam Reipublicæ conditionem non quadrant, mutandæ sunt. Ita tempore, quo Regio inopia frumenti, vel aliarum rerum necessariarum laborat, recte prohibetur, ne eæ res extra Regionis fines evehantur, quæ lex prohibitiva iterum est abroganda, inopia rerum istarum denuo in abundantiam mutata. Sic commercium cum hoste tempore belli prohibitum, pace recuperata, est restituendum; Sic merces peregrinæ, quæ Regionis incolas non nisi ad luxuriam & libidinem invitant, nec non eæ, quæ ab ejusdem Regionis incolis ejusdem qualitatis & quantitatis fabricari possunt, recte prohibentur; licet enim quis inferret, commercia esse necessaria ad conservationem societatis, & ea propter non posse prohiberi. Sciendum est, ista quidem esse necessaria, sed non absolute & simpliciter, cum omnibus exteris & in quocunq; mercium genere; & non posse quidem prohiberi in totum, tamen vero in tantum, in quantum Civibus Regionis magis noxia sint, quam proficua; uti Germania nostra ex nimio commercio cum Galliæ incolis majus fane detrimentum cepit, quam commodum, mores enim & merces eorum, quæ maxima ex parte non nisi luxum, libidinem, & magnam pecuniæ sparsionem inducunt, Germanorum valde corrumperunt animos, Est igitur multo prudentius factum, commercium rerum ejusmodi voluptariarum penitus tolli, id quod Nervii Populi TransRhenani optime observarunt, de quibus Cæsar de *Bell. Gall. Lib. II. Cap. 15.* ita refert: *Nulum aditum esse ad Eos mercatoribus, nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relanguescere animos eorumque remitti virtutem, existimarent.* Sic etiam rerum quarundam consumtibilium minus, vel penitus non necessariarum usus recte prohibetur, si hic valde impedit consumptionem earum rerum, quibus Regio ista maxime abundat.

S.VI.

§. VI.

Ex hac status Regionis & temporum ratione pendeat ergo & ratio Legis; *Ratione enim Lex nunquam fit destituta, cum illa sit hujus anima & Lex in spiritu rationis vivat, quo extincto censetur mortua & destituitur effectu.* Bald. *Lib. IV. Consil. 52.* adeo ut cessante ratione alicujus dispositionis & dispositio ipsa cessare debeat, Alexand. *Lib. I. Consil. 20. n. 2.* Zanger *de Except. P. III. Cap. 26. n. 70.* Et maximè infelix est populus, qui talibus legibus obtemperare tenetur, ut de iis & earum Latore, prædicari possit: quod stet pro ratione voluntas. Nam ejusmodi legibus statuitur plerumque id, ex quo solus Regens capit utilitatem, subditi vero maximum sentiunt detrimentum, & miseram sæpius incurrunt paupertatem. *Prudens enim non Leges Legum causa salvas esse vult, sed Reipublicæ.* Cicero *supra cit. Lib. I. de Invent. Rhetor.* Legislatori itaque cordi sit, ut legem non condat sine ratione, & transformata forsitan Republica, eas leges quæ non amplius ad statum istius quadrant, vel injustæ sunt, vel æquitati nimis contrariantur, nec non pravas ac irrationabiles consuetudines ita mutet, emendet, vel etiam abroget, ut semper civitatis augeatur prosperitas, ac in omnibus partibus justitia floreat & æquitas.

§. VII.

Id quod & Imperator Justinianus jam observasse videtur, cum jus antiquum, ubi vel injustum apparebat, vel rationi status & formæ Reipublicæ, contrariari videbatur, multis in casibus emendarit; Sic §. 2. 7. *de his, qui sui, vel al. Jur.* nimia sævitia in servos, quos olim etiam necare Dominis permissum erat, prohibita; Sic rigor antiqui istius Juris, quo Parentibus Jus vitæ in liberos necisque potestas erat permessa, *L. ult. C. de Patr. Pot.* penitus abrogatus fuit.

B 2

Sic

Sic iniquitas *LL. XII. Tab.* quæ ad hæreditatem ejus, qui intestatus decesserat, tantummodo *suos* inter descendentes, & *agnatos* inter collaterales admittebant, & ita his non extantibus, vel hæreditatem repudiantibus, eam Fisco adjudicabant, per *Nov. 118.* à Justiniano emendata (cum jam antea Prætores nimiam hanc Juris Civilis subtilitatem cognoverant, & non minus Emancipatis, quam Cognatis, per Bonorum possessionem subvenerant) illaque differentia suorum ac Emancipatorum, ut & Cognatorum ac Agnatorum, quoad pleraque capita sublata fuit. Ita etiam tempore Seculi XV. Jure Civili Romano ad observantiam deducto in Germaniæ nostræ Provinciis, hæc tum jam erant in statu à Romano plane diverso, ac postea quoque variam mutationem passæ sunt, ut inde permultæ Juris Civ. Rom. Leges haud observentur. Sic intuitu *§. 1. 7. de R. D.* quo mare & ejus littora res dicuntur communes, penitus contrarium obtinet; cum hodie satis constet, mare occupari & alias gentes prohiberi, ne ad littora adnavigent, cujusmodi Dominium præ aliis sese arrogant Angli, & quibusdam signis id demonstratur quoque, uti per submissionem velorum durch das Seegelstreichchen in honorem ejus nationis, cui maris dominium debetur &c. &c. Sic *§. 2. 7. eod.*, vi cujus Fluminum & Portuum usus omnibus patet, fallit nostro tempore, quo annumerantur Regalibus Principis & ad superioritatem territorialem pertinent. Sic amplius non est in usu (nisi forsan in iis locis, qui participant aliquid de statu populari, vel privilegio, seu præscriptione immemoriali muniti sint) *§. 12. 7. d. t.*, qui venationem, aucupium & piscationem omnibus ulla sine distinctione, vel exceptione, permittit; cum hodierno tempore, mutato Reipublicæ Statu, à Superioribus ex certis rationibus, partim nempe ad tollendum latrocinii prætextum, partim ad

ad

ad auferendam otii occasionem, partim ad impediendum totius ferinae speciei interitum, subditis interdicta sit promiscua illa venandi potestas. Similiter §. 18. 7. eod. juxta quem Lapilli gemmae, margaritae &c. cuilibet inventori cedunt, in defuetudinem abiit, nam cum littora & flumina hodie sint in dominio Principum, ita & jus istas res, utpote quae sunt accessoria littorum, accessorium vero sequitur suum principale, colligendi Principes propter occupationem universi territorii sibi adscripserunt. conf. D. Klein *de Jure Margaritarum, & de Jure Gemmarum*. Sic insula in flumine seorsim nata fere communiter hodie non fit secundum §. 22. 7. eod. adjacentium; sed ut incrementum fluminis ad Principem pertinet, cujus & flumen est. Sic multis in locis & Provinciis LL. Romanae, quae de invento thesauro disponunt, uti *L. 63. de A. R. D. §. 39. J. de R. D. &c.* abrogatae sunt, & Fisco thesaurus cedit, partim in poenam defossatae pecuniae, quia & commercium detrimentum accipit, & tributum, quod de pecunia residua solvitur, minuitur; partim ob successionem Fisci in bona vacantia, *L. 4. C. de Bon. vacant.* Sic hodie & in vitis minoribus contra §. 2. 7. *de Curator.* Curator dandus est per *Ord. Polit. de anno 1577. Tit. 32. §. 1.* Jure Rom. servitutes respectu praedii fervientis consistebant tantum, vel in patiendo, vel in non faciendo, *L. 15. §. 1. ff. de Servit.* Sed hodie, & in faciendo servitutes consistere constat; Quot enim dantur Jura bannalia, tot etiam sunt servitutes in faciendo consistentes, e. gr. *ben Zwang, Schencken, Zwang, Brauhäusern, Zwang, Mühlen &c.* Jure Rom. non licebat pacisci de hereditate viventis, & ejusmodi pacta pro illicitis & quasi essent contra bonos mores, habebantur, imo ita paciscens, ut indignus hereditate, sibi obveniente, à Fisco privabatur, *L. fin. C. de Pact. L. 2. ff. de his, quibus ut indign.* Sed hodie nullo fere gaudent

dent vigore hæ LL., utpote quæ non solida & ad omnia ejusmodi pacta spectante nituntur ratione, quæ est, ne alterius mors voto captetur; Sed ita procederet saltem de pactis acquisitivis, non vero de renunciativis, ac præterea fallaciam accidentis in se continet, & præsupponit homines ita improbos, cum tamen quilibet bonus præsumatur, donec probetur contrarium. Et ita pleraque pacta successoria nostro ævo sunt valida & licita. Communis Dd. sententia pactum dispositivum de hæreditate tertii viventis & non consentientis excipit ac reprobatur, Carpz. *Part. II. cap. 35. Decis. 16.* Mev. *Part. III. Decis. 271.* imò Statutum, vel consuetudinem, qua pactum tale convalidatur, pro invalida habent Dauth. *ad L. ult. C. de Pact. & Treutl. Vol. I. Disp. 6. th. 8.* Cum vero vitium captandæ mortis non cessabit, si tertius ille consenserit, sed potius augebitur, quia ita certior sane spes adest captandæ hæreditatis & vitium hoc non adest vitio pacti, sed vitio paciscentium, non videtur cur ejusmodi pactum non sit æque validum, ac mores & consuetudines, quæ illud receperunt, subsistere possint, nam tertio, de cujus hæreditate agitur, libertas de ea aliter disponendi, manet, & pactum ejusmodi tacitam in se continet conditionem, si hæreditas ad paciscentes pervenerit. Et ita multa alia Juris Civ. Rom. alterata & transformata sunt. Eodem modo Jus Feudale commune, seu Longobardicum, Republica nostra Germana diversimode sese habente, varias passum est mutationes. Sic ea, quæ *I. Feud. 1. in fin. it. quæ I. Feud. 7. & II. Feud. 10.* de Capitaneis, Valvasoribus Majoribus, Minoribus & Minimis, seu Valvasinis, recensentur, hodie nullius sunt utilitatis; Sic hodie cessat exclusio muti, surdi, claudi, cæci &c. à successione feudali, cujus mentio fit *I. Feud. 6 & II. Feud. 36.* eo enim tempore servitia plerumque in persona præstari

præstari solebant, & Feuda erant plerumque beneficiata, sed nostro ævo pleraque sunt vel oblata, vel alias titulo oneroso acquisita, quibus Vasallus non ita facile est privandus. Sic ea, quæ *II. Feud. 32.* de Paribus curiæ testibus in investitura adhibendis recensentur, in defuetudinem abierunt, ut & multa alia antiquo illo jure constituta. Similiter res sese habet cum Jure Canonico, quod rerum statu per Reformationem à Luthero nostro institutam, admodum mutato, multis in causis peregrinari cœpit, ac non tantum, licet præprimis, in terris Protestantium, sed etiam in Pontificiorum territoriis, ejus authoritas aliquatenus exolevit, uti e. gr. expressa sanctione prohibitum, ne imposterum causæ civiles ad Nuncios Apostolicos, & inde ad Curiam Romanam trahantur. Capit. Josephi *Art. XVIII.* Gleicher gestalt wollen wir ic. Justo sane longiores essemus, si hac de re certissima plura in medium proferremus exempla,

§. VIII.

Ex hisce igitur satis perspicui potest, quantum in modum vetera illa Jura in nostra Germana Republica, mutato rerum statu, sint partim extensa, partim restricta, & partim abrogata; Attamen permultæ adhuc inter LL. istas reperiuntur, quæ haud admodum firma munitæ sunt ratione, & omnino emendatione indigent, quas omnes, si recensere atque examinare vellemus, dissertationis egredieremur limites, ideo aliquas saltem earum exempli loco, in medium afferre liceat: Inter quas perlustrando materiam testamentorum, statim incurrunt in oculos *L. 9. 14. §. 27. ff. de Condit. Instit.* utpote quæ disponunt, impossibilem conditionem à testatore institutioni hæredis, vel legato adjectam, nihil vitare, sed potius pro non adjecta esse habendam: quæ LL. dispositio sane non conformis est sa-

næ

nã rationi & juris analogiã : namque testator ejusmodi conditionem adjiciens , aut sanus fuit, aut insanus ! Respondebitur , sanum fuisse , & hoc Legem præsupponere, cum alias testamentum facere haud potuerit, per *L. 9. C. qui testam. fac.* Si ergo fuit sanus, aut jocatus est, aut secus; iterum forsan respondebitur, quod non jocatus esse præsumatur, cum testamentum debeat esse seria voluntas; Si itaq; nec mente captus fuit, nec jocatus est, sed serio disposuit, per adjectionem ejusmodi conditionis potius profecto designare voluit, eum quem sub ista conditione instituit, ita minus sibi hæredem, vel in illa re legatarium fore, quam conditio illa impleri possit, id quod aliter velle non potuit, si serio disposuit, nec jocatus est, nec mente captus fuit, nam tertium non datur. Ne dicam, quemlibet hominem, qui talem adjectam conditionem audit, eam derisurum, & testatorem sanæ mentis non fuisse, dicturum fore. Præprimis quidem objici solet 1.) Favor testamenti; sed vereor, ne ex tali favore sanæ rationi contrarianti oriatur æquitas valde curiosa; 2.) Eum paruisse videri, per quem non stat, quo minus conditio impleatur; quæ obiectio vero statim eliditur per instantiam à conditione casuali, ubi etiam per institutum non stat, conditionem impleri, & tamen hæreditate carere debet, si illa impleta non sit. 3.) Pro conservandis ultimis voluntatibus benignas interpretationes adhiberi debere; Sed hac interpretatione ejusmodi voluntas, quæ, si testator nec insanus fuit, nec jocatus est, alia esse nequit, quam ut voluerit sub tali conditione institutum nequaquam sibi hæredem fore, profecto non conservatur, sed potius impugnatur, ac sententia verbis & factis testatoris penitus contraria extorquetur: Eodem fere modo se habet *L. 18. pr. qui testam. fac. poss.*, quæ prodigum prohibet testamentum condere, ex iis rationibus,

bus,



bus, quia 1.) *LL. XII. Tabb.* prodigus æquiparabatur furioso, & æque ac furiosus à Comitibus arcebatur, quæ ratio vero, cum nec testamenta amplius sint Juris publici, nec hodie prodigus pro furioso habeatur, planè cessat. 2.) Quia illi bonorum administratio est interdicta; sed & hæc se non refert quam ad actus inter vivos, nam in utilitatem & favorem prodigi administratio bonorum illi interdicta est, ne sibi per dissipationem damnum inferat, & tandem depauperetur. Hæc ratio penitus cessat in ultima voluntate, nulum enim sibi eo ipso infert præjudicium, cui demum bona post mortem suam reliquerit, uti minor, cui alias etiam bonorum administratio & alienatio interdicta est, & tamen valide testamentum condit, *L. 4. C. d. t.* Dicta irrationabilitas in *Nov. Leonis 39.* jam cognita apparet, quam *Nov.* vero in praxi observari adhuc dubium est. conf. Richter *P. I. Dec. 43.* Brunnem. *Cent. 5. Dec. 23.* Non multo firmiori talo hodie stat *L. 35. §. 1. C. de inoff. testam.* ubi per consensum filii patri vivo declaratum non excluditur querela inofficiosa. Illa Lex enim se fundat in ea ratione, quia Jure Romano de hæreditate viventis pacisci non licebat, cum hodie vero ejusmodi pacta, uti sunt renunciativa, omnino sint valida, ita cessante ratione istius Legis, cur non & Lex ipsa cessat? Ita etiam apud Protestantes cessat ratio *Auth. Credentes, C. de Hæret.*, quæ hæreticis facultatem testandi interdicit; nam Jure Pontificio eorum bona confiscationi sunt obnoxia, per *Cap. 10. X. de Hæret.*, quod secus vero apud Evangelicæ & Reformatæ Religionis ad dictos. Similiter hodie cessat ratio prohibendi *L. 1. ff. de Donat. inter Vir & ux.* qua donatio inter conjuges prohibetur, quam apud Romanos suppeditarunt frequentia divortia, ne conjux, postquam per varias donationes, ad magis propitium sibi reddendum maritum, & decli-

C

nandum

nandum divortium, opes suas valde diminuiſſet, ad extre-  
mam redigeretur egeſtatem, ſi non obſtante ejus benevo-  
lencia in maritum, hic illam miſſo libello repudio dimit-  
teret, uti ratio hæcce ſatis exprimitur in *L. 2. ff. eod.* ibi:  
quia ſæpe futurum eſſet, ut diſcuterentur matrimonia, at-  
que ea ratione eventurum, ut venalia eſſent. It. *L. 5. C. eod.*  
ibi: ac poſtea à marito divertiti &c. cum vero hodie ma-  
trimonia tali modo diſſolvi non ſoleant, nec à mariti pen-  
deat arbitrio, an uxorem ex quacunque cauſa repudiare  
velit, & præterea diſſoluto matrimonio (nifi ob adulteri-  
um & malitioſam deſertionem, nam tunc delinquenti non  
debetur beneficium) maritus uxori alimenta ſuppedita-  
re, vel illata ad alimentationem ſufficientia reſtituere te-  
neatur, ut ita ultima illa egeſtas, quæ apud Romanos,  
propter repudia à mariti arbitrio pendentia metuenda e-  
rat, hodie non ejusmodi metum & curam inferat, ideo ac  
iſta prohibendi ratio exulare videtur.

§. IX.

Si accedimus ad Jus Canonicum, quam multa ſe-  
cundum illud adhuc apud nos Proteſtantes obſervantur,  
quæ nimis ſapiunt Pontificia principia, & per quæ ſub præ-  
textu externæ honeſtatis conſcientiæ nimis ſtringuntur? E-  
juſmodi ſunt LL. Juris iſtius Canonici, quæ prohibent  
matrimonia, ubi ipſe Deus nullam Legem prohibitivam tu-  
lit; Hic ſatis prolixè *Levit. 18.* indicavit, quæ matrimonia  
ſint inhoneſta; ſed Jus Pontificium, id quod & nos ad-  
huc quodammodo ſequimur, prohibitioni divinæ mul-  
tos adhuc caſus ſuperaddit, quibus matrimonium inire  
inhoneſtum eſſe ſtatuit; ac ſine dubio Pontificum cauſa  
impulſiva ad ſtringendas ita ſine neceſſitate conſcientias fuit,  
ut frequentius diſpenſationes petantur, & proinde augea-  
tur ærarium Papale; licet Principum Proteſtantium Or-  
dinationes

dinationes aliam præ se ferant rationem, quod aliquos gradus ultra Juris Divini dispositionem prohibuerint, scilicet, ut quasi sepimentum esset, ne quis statim in Leges Divinas irrueret easque violaret, uti *Ordinat. Eccles. Hass.* tit. von denen verbotenen und zugelassenen Gradibus. ibi: um Zucht und Ehrbarkeit willen. Si enim ipso Jure Divino essent inhonestæ ejusmodi nuptiæ, per dispensationem, i. e. per assensum rei illicitæ tributum, profecto non reciperent honestatem; & hoc præbet occasionem, ut alii adhuc religiosiores esse cupiant, ac ea matrimonia, quæ non nisi ad jus prohibitivum humanum pertinent, casibus divino Jure prohibitis annumerare satagant; quo referri forsitan posset matrimonium cum defunctæ uxoris sorore, quod meo quidem judicio jure Divino expresse prohibitum non reperitur, nam textus *Lev. 18. v. 18.* saltem sancire videtur, ut eam quis non ducat vivente uxore, ergo etiam ea mortua nulla amplius obstare videtur prohibitio. Defendit hanc sententiam & multas autoritates adducit Brücknerus Consiliarius quondam Saxo-Gothanus in *Decis. Jur. matrim.* c. 8. ubi etiam illustra exempla adfert. Ego nihil pro autoritate definio, sed cuiuslibet judicium suum salvum relinquo. In Ordinatione Ecclesiastica Hassiaca tit. von denen in Ehe Sachen verbotenen und zugelassenen gradibus matrimonium cum uxoris sorore prohibitum est. Ita *Cap. fin. X. de Transact.* contra sanam rationem disponit, transactiones ad dissolvenda sponsalia tendentes nullius esse debere valoris; cui similis est constitutio in *Cap. mulier. 34. de Jurejur.* & ibi Panorm., quo jusjurandum ad dissolutionem sponsaliorum vergens prohibetur; dum enim duæ personæ, quæ amorem erga se invicem plane deposuerunt, invitæ ad conjugium ineundum coguntur, per hoc plerumque fit, ut permulta inde oriantur mala, imò

ad ipsum adulterium sæpius præbeatur occasio, Potius profecto nuptias inter duas personas discordes dissuadere ac impedire deberemus, quam illas promovere, si sine præjudicio consideratur, quanta sit miseria, qualis sit miserimus status, & quanta inde proficiscantur mala ac infortunia, cum duæ personæ ad ultimum usque vitæ halitum individuum vitæ consuetudinem exercere teneantur, quæ tamen animis à se invicem sunt maximè alienæ. Præterea textus illi Juris Canonici falsa nituntur hypothese, quasi scilicet matrimonium sit sacramentum, quo errore vero cum nos Protestantes Divina gratia sumus destituti, sane æquum & rationi magis consentaneum esset, si harum LL. dispositio apud nos penitus exularet. Illustr. Dn. Ludovici *Doctr. ff. tit. de Transact. §. IV. & in Proc. Consist. Cap. 15. §. 5. & ibi alleg. Brunnem. &c.* Ex eodem erroneo fundamento orta quoque est sententia *Cap. fin. X. de Condit. appof.*, quæ conditiones impossibiles sponsalibus adjectas, pro non adjectis, & ita sponsalia ista quasi pure inita declarat, argumento deducto ab ultimis voluntatibus; quo firmo talo vero & hæc sub conditione ejusmodi conditæ nitantur, paulo antejam demonstratum. Quare mirandum est, ipsum Carpzovium *Lib. II. Jurispr. Eccles. Def. 33.* non dubitasse, istam sententiam defendere, ex hac quidem lepida ratione: ut petulantia eorum, qui pudicitia imbecillis sexus insidias struunt, frenum injiciatur; nimirum videtur Carpzovius, dum omnem culpam in masculos rejicere vult, nimiam fidem habuisse imbecilli, uti nominat, sexui, cum tamen satis uti arbitror constet, petulantiam ac nequitiam puel- larum in hoc genere sæpius, imo plerumq; superare masculorum, & quantam illæ sæpissime adhibere soleant operam, ut per cantum suum Syreneum (nam de plerisque, uti credo, de honestis vero non incidit sermo, prædicari poterit:

Mel

Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis &c.) masculos retibus suis obruant. Ac posito, quendam ejusmodi petulantia accusari posse, poena tamen, quae nunquam delictum excedere debet, nimis rigida foret, quam quis per cohabitationem cum conjugē improba, & à se prorsus aliena, usque ad vitæ exitum luere cogitur; Et favor matrimonii, quem DD. insuper allegant, rem quoque haud conficere mihi videtur, qualis enim favor est, vi cujus quis maximum per totam vitam subit infortunium? uti ipsa testatur S. S. inquit: *Melius esse commercium cum anguibus ac viperis, quam cum muliere litigiosa*; nisi forsitan favorem illum ita interpretari velimus, ut is qui tali modo per coactionem ad ineundum matrimonium cum improba ac litigiosa uxore punitur, in hac vita peccatis suis satisfaciat, & proinde purgatorio, si quod esset statuendum, quod nos non statuimus, liberatus foret. Sic porro nimis severa videtur illa sententia, quam plurimi Dd. nostri hodie etiam quasi uno ore tuentur, scilicet, divortium quoad vinculum ob infidias vitæ structas denegandum esse, Linkius *de usu divort. Sect. 5.* Carpz. *Jurispr. Confist. Lib. II. Def. 217.* Joh. Georg. Nicolai *de divort. cap. 5. n. 30.* &c. innituntur enim illi verbis, quibus Christus Matth. V. 32. usus est: nisi ob adulterium: particulas *παρὰ τὸν νόμον ἢ ἐκ τῆς* esse mere exclusivas, asserentes. Si vero v. 3. 7. seq. Cap. XIX. Matth. accurate inspicimus, apparet, Christum Pharisæis ob qualemcunque causam levissimique momenti divortia concedentibus responsum illud dedisse, ac proinde sine dubio omnes leviores adulterio causas exclusisse, non vero sane graviores, de quibus, uti ex illis textibus apparet, non fuit cogitatum; ac, si Salvator omnes ceteras causas exclusisset, & Paulus, quod nemo Theologorum, nec Jurisconsultorum facile asseret, valde errasse videri posset, id concedens

concedens etiam ob malitiosam desertionem, *1. Cor. VII. v. 15.*, ex quo facillime elici potest, Christum cit. loco Matth. minores, non æque graves exclusisse causas, ut Paulus uti Salvatoris discipulus optime sane mentem Domini sciebat, ac ita & ad aliam æque gravem causam eam extendebat. Quis vero negare poterit, insidias vitæ structas esse æque gravem, nisi plane graviolem causam, quam adulterium, & malitiosam desertionem, cum per istas fides conjugalis majori modo frangatur, & finis matrimonii, præprimis si sequatur effectus, impediatur & annulletur. Fit enim separatio quoad thorum & mensam, ubi conservatur finis matrimonii? Quid solatii inde sentit pars innocens, qui malitiosam uxorem adhuc alere, & ipsa in miserabili cœlibatu vivere tenetur? ac facta quoque reconciliatione, innocens conjux tamen secura non est, ne altera malitiosum animum denuo induat, & ita semper in inquietudine ac vitæ periculo versari debet. Ut silentio præteream de proprio significato, græcæ vocis, *πορνείας*, valde inter eruditos disputari, annon & alia majora delicta in se contineat? conf. Seldenus *de Ux. Hebr. L. 3. c. 23. 28.* Imò Canones illam vocem etiam ad Idololatriam trahunt, *C. Idololatria C. non solum c. 28. q. 1.* Præterea ob alias causas e. gr. furorem, contagiosum morbum, imò ob defectum virginitatis post nuptias demum cognitum divortium quoad vinculum concedi solet. conf. Bruknerus *in Decis. matrim. c. 16.* Carpz. *Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 193.* quæ causæ non sane adæquant insidias vitæ structas, à minori vero ad majus semper validum deducitur argumentum. Totus profecto tractatus hac de materia conscribi posset, quod nostrum vero non est propositum, sed saltem aliqua in præsentiarum adducere voluimus exempla, ex quibus judicari possit, quam multis abundemus Legibus, quæ emendatione, vel majori enucleatione opus habent. §. X.

S. X.

Et tali emendatione etiam aliquatenus indigere videtur *Art. CXXXIII. Ord. Crim. Caroli V.*, quo in pœna abortum facienti infligenda, distinguitur inter partum animatum, & nondum animatum, nam certissimum & indubitatum esse opinor, partum statim post conceptionem animatum existere, ac animam quasi per traducem statim in ipso coitu illi communicari. Maxime ergo falluntur, qui demum post dimidium gestionis tempus partum animatum dicunt, ex ea ratione, quia mater non antea (de quo tamen dubitatur) ejus sentiat motum; ita vero si nonnisi ex motu vita cognosci ac existimari debet, etiam is, qui animi deliquio laborat, *der in einer Ohnmacht liegt*/ pro inanimato habendus, nullum enim penitus edit motum, & impune interficiendus erit. Rectius igitur statuit Brun-  
nem. *in Process. Inquis. C. 9. n. 69.* crimen abactionis par-  
tus indistinctè pœna ordinaria puniendum esse. Ac si rem  
benè perpendimus, ejusmodi homicidium alio multo gra-  
vius est, & majorem sane in se continet crudelitatem, ple-  
raque enim alia homicidia vix perpetrantur, exceptis la-  
trociniis, nisi læsio quædam præcesserit ab altera parte, sed  
miser embrio quemnam læsit? quid mali fecit? ut ita inno-  
center ac mature matris, vel alterius nequitia animam, qua  
statim à primo conceptionis momento præditus est, redde-  
re debeat. Nec ad rem facit, si contrariam foventes sen-  
tentiam objiciunt, embrionem ante dimidium gestionis spa-  
tium non esse hominem perfectum; nam & post dimidi-  
um conceptionis tempus nondum penitus perfectus est,  
atque ita ne tunc quidem pœna capitis statuenda foret, &  
sufficit ad hominem perficiendum, ut adsit corpus cum  
anima rationali conjunctum, an vero corpus sit minus  
vel majus, membra minora vel majora, id nihil de homi-  
nis

nis essentia detrahere credo, alias enim nec infans, nec qui forsan sine pedibus, vel sine brachiis natus, hominis nomen mereretur. Sic vero magnitudo, vel major perfectio partium naturalium, seu accidentalium, non constituunt hominem, sed partes essentialia, anima scil. rationalis & corpus, quas ambas vero partes statim à primo conceptionis die adesse, neminem in dubium vocare posse existimo. Imò in embrione duorum vix mensium omnes jam partes omniaque corporis membra, id quod ipse contemplans admodum miratus sum, quam distinctissime cognosci possunt, licet non sint ejus magnitudinis ut embrionis octo, vel novem mensium, uti & infantis non adæquant adulti membra. Alterum, quod objici solet: esse scil. possibile, partum, quem foemina abegit, non fuisse embrionem, sed forsan molam, planè à statu controversiæ est alienum. Nam ullo sine dubio, antequam pœna capitalis dictetur, adesse debet corpus delicti, & ita scitur, an embrio fuerit, an mola, licet mola sit casus valde rarior, & æque post dimidium gestionis tempus mola, non embrio, esse potest; atque ita distinctio illa inter partum animatum & nondum animatum, ut & inter tempus ante & post dimidium gestionis spatium, haud optime procedere, in aprico est. In materia de furtis potius pœna laquei, qua fures puniuntur, mitior esse posset, & major fortasse eorum emendatio speranda esset, si illi *auff die Galleeren / in die Zuchthäuser /* aut ad alia opera publica, condemnarentur, Brunnem. *in Process. Inquis. c. 9. n. 86.* Sic etiam dura apparet pœna ultimi supplicii, qua plectuntur Rei polygamix, quæ, an Juri Divino contrarietur, adhuc sub Judice lis est. conf. Dn. Thomas. *de crimine Bigamix*, ubi etiam *de pœna Bigamorum §. 62. seqq.* Forsan ista pœna ex falsa Pontificiorum hypothese, ob duplicatum Sacramenti usum traxit originem.

§. XI.



§. XI.

Minime verò contendo, Leges illas, quæ aliquatenus justitiæ, vel æquitati, vel sanæ rationi, vel denique Statui Reipublicæ nostræ contrariantur, esse jam abrogatas, nam abrogatio Legis, vel Juris in genere recepti, utpote quæ facti est, non præsumitur, adeoque ab allegante & in abrogatione hujus vel illius Legis, sese fundante, omnino est probanda; quapropter valde errant Groenevegen *de LL. abrog. ad §. 30. 7. de R. D. it. ad L. 9. §. 6. quod metus causa &c.* Wissenb. *Th. 24. eod.* Gudelin. *de Jure noviss. L. 3. c. 12.* & alii. DD. eos sequentes, inter quos Struvius *Exerc. XLVIII. Th. 31. in fin.*; statuentes, actiones in duplum & quadruplum esse penitus abrogatas & non amplius in usu, cum tamen nullibi earum expressa abrogatio constet, licet enim unus, vel alter, non illa actione, sed potius actione ad interesse uti voluerit, cum in cujuslibet arbitrio stet & res meræ facultatis fit, ex duabus actionibus, elective competentibus, unam vel alteram eligere, ex eo neutiquam sequitur, eam actionem non amplius obtinere, nam res meræ facultatis, uti non præscribuntur, *L. 2. ff. de via publ.*, ita nec per non usum amittuntur, ut ita actionem istam in duplum, vel quadruplum instituens neutiquam à judicio repellendum esse, rectissime defendat Schilterus *in Prax. Jur. Rom. Exerc. LXIX.* Simili fere modo se habet sententia eorum, qui ubique in usu esse dicunt, quod separata œconomia solvat patriam potestatem. In Saxonia res quidem certa est propter expressam constitutionem D. Augusti, *P. II. C. X.*, sed ii, qui asserunt, cum his moribus Saxonice universalem convenire Germaniæ observantiam, Brunnem. *ad L. 1. C. de Patr. Pot.* Groenevegen *de LL. abrog. ad L. 3. C. de Emanc.* aliquatenus errare videntur, siquidem e. gr. Ratisbonæ adhuc viget Jus Civ. Rom., ubi licet filius separa-

D

tam

tam instituerit œconomiam, tamen in patria manet potestate, & quidem quoad effectus civiles, dum pater per institutam illam à filio separatam œconomiam non amittit jus usufructus in bonis maternis. Nullo igitur modo, ut jam monui, Leges cum ratione non convenientes pro abrogatis habendas esse dico, sed saltem affirmo, optandum esse, & haud male factum fore, si Leges cum justitia, æquitate, ratione, ac statu Regionis & temporum, non conformes, in utilitatem ac prosperitatem Reipublicæ, conf. §. 3. 4. 5. & 6., abrogentur, mutantur, vel emendentur.

§. XII.

Ex hoc ulterius consequitur, in Judicis arbitrio haud positum esse, aliter judicare, quam LL. præscriptæ, vel consuetudo & observantia eum docent; quamquam enim huic Lex vel consuetudo, valde irrationabilis vel nimis dura videatur, nihilominus secundum eam, præprimis si casus præsens, quem decidere debet, in L. illa decisus reperitur, pronunciare tenetur, *L. 8. in f. C. de vi publ. l. 12. §. 1. in f. qui & à quibus manumiss. Nov. 82. cap. 10.* Sicut per-eleganter officium Doctoris ab officio judicis distinxit Dn. Thomafius, in *Diss. de jure consuetud. & Observ.* ajens: Non ad hoc, sed ad illud pertinere, indagare, an Lex, vel consuetudo sit rationi, & ita etiam justitiæ, vel æquitati congrua? licet Illustris Dn. à Ludolph, Camerae Imperialis Assessor meritissimus, in *Commentatione juris Cam. System. Sect. 1. p. 137.* arbitretur: *Si consuetudo (vel Lex) allegaretur talis, quæ ab omni ratione esset aliena, Judicem rectius facturum, ut officium deponeret, quam ut pateretur, se adstringi ad judicandum secundum eam sine inquisitione, quam requirit ars boni, vel æqui.* Quin imò ipse Princeps in alterius præjudicium contra LL. judicare nequit, *Nov. XIII. Cap. 5.*, res enim ante gesta & causæ penden-  
tes

tes semper secundum LL., quæ eo tempore, quo res gesta, vel litigiosa facta est, viguerunt, sunt decidendæ, & ita LL. noviter latæ, vel mutatæ, seu emendatæ, non obligationem in præteritum inducunt, sed saltem in futurum, nec competit Judici ejusmodi Leges ex æquitate, quæ sapius cerebrina esse potest, aliter interpretari, sed ei qui habet jus LL. ferendi.

## SECTIO II.

### §. I.

**Q**Uum igitur in priori Sectione satis actum sit, tum de necessitate LL. tum de earum qualitate, tum etiam de potestate illas vel emendandi, vel plane abrogandi, quod hæc scil. non judici competat, sed ei, qui gaudet jure LL. ferendi; nunc quoque considerandum erit, quinam hac potestate Legislatoria sit munitus; utpote quæ in Statu Monarchico nemini nisi Monarchæ competit, in Aristocratico Proceribus Reipublicæ, & denique in Democratico circa eam & totus Populus concurrere debet. Quia vero nostri Rom. Germ. Imperii status à forma aliarum Civitatum est plane diversus, in illo potestas circa LL. uni, vel alteri indistincte haud tribui potest, sed præprimis distinguendum inter LL. universales, quæ totum concernunt Imperium, & inter particulares, quæ in hac, vel illa vigent Provincia. Illæ nonnisi ab imperatore & omnibus ac universis Statibus simul concurrentibus, ferri possunt, id quod ipse Imperator Ferd. II. testante Londorp. *Tom. IV. Act. Publ. Lib. I. c. 2.* declaravit, Legatis circuli Franco-nici Anno 1629. 22. Aug. respondens: *Es erinnere sich* *Ihro Kaysersl. Majestät / daß in denjenigen / da man* *neue Gesetze und Constitutiones aufrichten wollet / dem im*

Reich herkommen nach/ solches auf gemeinen Reichs-  
 Versammlungen constituirte werden solle. Ita quoque Ele-  
 ctōri Saxonīæ litteris ad Imperatorem de dato 28. Apr. 1620.  
 missis Consiliarii Aulici ex ejus mandato responderunt:  
 Neue Gesetze können Jhro Kayserl. Majestät nicht ma-  
 chen ohne consens der sämtlichen Reichs Stände / uti  
 Id. Londorp. *cit. Lib. I. c. 4.* recenset. Unde etiam in Reces-  
 sibus sæpius formulæ inveniuntur: Mit der Stände Er-  
 messen und Bewilligung/ mit Rath und Zuthuung der  
 gemeinen Stände des H. Römischen Reichs / *R. I. de*  
*1559. §.* Damit dann hinführo *rc. it. de 1570. §.* Weiters  
 nachdem auch *rc. ut & Recessus nominantur Reichs Sa-*  
*hungen; Unser und Gemeiner Stände Abschiede; R.*  
*I. de 1564. §.* haben sie/in fine. Id quod Jus statibus com-  
 petens in *Instr. Pac. Art. 8. vers. Gaudeant* confirmatum  
 est, nec non in *Capit. Leopoldi Art. 2. & Caroli VI. Art. 2. ibi:*  
 Keines weges aber ohne Chur- Fürsten / Fürsten und  
 Ständen gleichmäsig vorgehende Bewilligung ändern/  
 vielweniger neue Ordnungen und Gesetze im Reich ma-  
 chen *rc.* sondern mit gesanter Stände Rath und Ber-  
 gleichung auff Reichs- Tügen damit verfahren *rc.* Inter  
 Status vero & Civitates Imperiales comprehensas esse omni  
 caret dubio, siquidem Illis vi *Instr. P. Art. 8. vers. 4. Tam*  
*in universalibus, quam in particularibus Dietis non minus*  
*quam ceteris Statibus* ( ex quo sole meridiano clarius in-  
 telligitur & eas Status esse ) *competit votum decisivum.* Un-  
 de & evenit, quod si Imperator & Status de re aliqua con-  
 stituenda in Comitiiis convenire nequeant, res maneat in  
 pristino suo statu, ac nihil innovetur; Neque obstat Sta-  
 tuum in Comitiiis Ratisbonn. 1576. Imperatori facta sup-  
 plicatio: Ist demnach Unsers unterthänigsten Erachtens  
 unvonnöthen/ auff eines/ oder andern Theils Bewillig-  
 gung

gung zu sehen / oder zu warten / sondern Ewer Kaysersl. Majestät haben disfalls vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung grössers Unraths / Ihr Kaysersl. Ampt zu interponiren / Bertram de Comit. Th. 74. Per id enim Status minimè agnoscere videntur, Imperatorem tali casu ex plenitudine potestatis Legem Comitiam ferre posse, sed saltem illa vice juri suo renunciarunt, & rem de qua inter se unanimes fieri haud poterant, ob utilitatem publicam, uti demonstrant verba: **Zu Verhütung grössers Unraths / Imperatoris decisionem reliquerunt:** Ac ita nec status sine Imperatore, nec hunc sine Statibus Legem universalem condere posse, nos non dubitare finit *cit. Art. 8. Instr. P. vers. Gaudeant. ibi: Jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii: & porro nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de comitali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu;* quæ verba simul clarissimè ostendunt, non consilium tantum Statuum hic requiri, sed expressam eorum voluntatem atque consensum, id quod etiam testatur *R. l. de 1521.*, cujus in fine addita est clausula: **Wir Chur, Fürsten etc. bekennen auch öffentlich in diesem Abschied / daß alle obbeschriebene Puncten und Articul mit Unserm guten Wissen / Willen und Rath fürgenommen / geschehen / auffgericht und geordnet sind; Bewilligen die auch in Krafft dieses Brieffs / ut & Art. 2. Capit. Leop. ibi: Mit Rath und Consens. Non possum itaque Ill. L. B. à Lynker subscribere, qui in anale- tis ad Dn. Schved. Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. Cap. 25. §. 4. Jus LL. universales ferendi ad solum Imperatorem, conventionem vero, quam super istis ferendis Imperator cum Statibus init, saltem ad antecedentia refert, & eam non esse nisi actum quasi præparatorium nec essentiam Legis ingre-**

di autumat, & ita fequentem Legislationem folius eſſe Cæſaris, ut & formulam docere: **Hierauff gebieten Wir allen und jeden / Chur- Fürſten / Fürſten / Ständen ꝛc.** Non enim per omnia à facultate promulgandi, vel publicandi, tuto argumentum deduci poteſt ad ipſam poteſtatem Leges ferendi; quippe illam Imperatori tanquam Imperii Capiti in præeminentis & Auguſtiſſimi Characteris ſignum Status libenter reliquerunt, præſertim cum & ea, quæ hic fiunt ab Imperatore, Imperii quoque nomine fieri intelligantur; ſicuti mandata in Camera Imperiali decreta etiam ſolius Imperatoris nomine expediuntur, cum tamen iudicium hoc Camerale Jurisdictionem Imperatori ac Statibus Imperii ſimul acceptam ferre, & Aſſeſſores nomine totius Imperii iudicare, ſole meridiano clarius demonſtrat ac teſtatur ipſa *Ord. Cam. P. 1. Tit. 8. inquiens:* **Es ſollen ſich auch inſonderheit die Beſitzer / in Betrachtung/ daß ſie von der Kays. Majestät/ auch Chur- Fürſten/ Fürſten und Ständen des Heil. Röm. Reichs an ſolche hohe Juſtitien verordnet und an Ihre Statt ſitzen/ ꝛc. ꝛc.** & porro, damit Sie Ihre Lieb- und Kays. Maj. und denen Ständen des Reichs zu Ehren ꝛc. Cui accedit *Art. V. Inſtr. P.* ubi dicitur Camera, non Imperatoris, ſed Imperialis; Addere liceat *Memoriale* der Röm. Kayſerl. Maj. 1653. exhibirt von der Kayſerl. und des H. Reichs Cammer- Gerichts Abgeordneten / wegen deſſen Angelegenheiten ꝛc. quod habetur apud Londorp. *Tom. VI. Lib. 5. c. 17.* cujus princ. ſonat: daß von Ihre Kayſ. Maj. und allen Chur- Fürſten und Ständen des Reichs das Cammer- Gericht lediglich dependire. ꝛc. nec non *Replicam trium Electorum Secularium ap. eund. Londorp. Tom. I. Lib. 1. c. 7. n. 3.* in cuius §. Aus welcher ꝛc. videre licet: **Daß das Cammer- Gericht und Beſitzer Ihre**

Ihre

Ihre Jurisdiction von Käys. Maj./auch Churfürsten/  
Fürsten und allgemeinen Ständen des Reichs  
sämtlich haben / inmassen selbige von Käys. Maj. und  
Ständen präsentirt/ unterhalten / und Ihrer Ordnung  
nach visitirt werden / auch ermeldter Cammer-Richter  
und Besißer jederzeit ihre gehabte dubia an Käyserl.  
Majest. und gesamte Stände NB. als Statuentes, ge-  
langen lassen / und Ausschlags begehrt. Ex quibus satis  
admodum constat, per promulgationem, seu publicatio-  
nem solius Imperatoris nomine factam, nihil omnino Juri  
Statuum, quod jus circa ipsam Legislationem LL. Imperii  
competit, detrahi, ac supra recensitam Illustr. Lynker.  
sententiam quotidianæ observantiæ, imo ipsis Imperii Re-  
cessibus & Constitutionibus penitus contrariam esse, quod  
adhuc corroborat *R. I. de A. 1559. §. Auf daß dann diß*  
*falsch/ubi sequentia leguntur verba: auff daß dann diß falsch*  
*Unsere und des Heil. Reichs Ordnung ohnmangelhaft*  
*sey/ und die Gebühr erfolgen möge / haben Wir Uns*  
*auff Ihr / der Churfürsten / Fürsten / Stände / Råth*  
*und Gesandten / Gut-Bedüncken mit Ihnen/ und Sie*  
*Sich hinwieder mit uns verglichen; quibus ipse Augu-*  
*stissimus Imperator affirmat: daß wann Sie / Ihre Käy-*  
*serl. Majestät / Sich nicht mit denen Ständen / und*  
*diese wieder mit Ihre Käyserl. Maj sich verglichen hät-*  
*ten / diese Reichs-Ordnung mangelhaft seyn würde.*  
Sententia igitur, in ferendis LL. Imperii, omnes Status cum  
Imperatore concurrere debere, & illorum non tantum  
consilium, sed & consensum requiri, firmissimo stat sane  
talo. §. II.

Has vero, LL. particulares, à quolibet Imperii Statu,  
Electoibus, Principibus, Comitibus, nec non Civitatibus  
Imperialibus liberis, in suo territorio pro lubitu & mero  
arbitrio,

arbitrio, modo non in detrimentum salutis publicæ totius Imperii vergant, concipi posse, in apriico est *per sæpius cit Art. XIII. Instr. P. §. 1.* adeo ut ipsa Camera Imperialis secundum illas æque ac secundum Imperii Constitutiones pronunciare teneatur, *O. C. P. I. Tit. 13. §. 57. & R. 7. 1654. §. 105.* Nec interest, an illis accesserit Imperatoris confirmatio, an minus, quippe quam nulla Imperii Lex, vel Sanctio requirit, uti *O. C. P. I. Tit. 13. §. 1.* Iudici Camerae injungens, ut pronunciet *nach Ländischen Ordnungen / Statuten und Gewohnheiten /* ꝛ. ne syllaba mentionem facit, quod illa confirmatione Imperiali munita esse debeant, quod sane, si ista opus foret, non omisisset; ac, licet ejusmodi confirmationis exempla adsint, uti à Ferdinando I. Ordinationis Dicafterii Brunsvicensis confirmatio petita & impetrata fuit, it. Electoris Moguntini Ordinatio judicialis a Carolo V. approbata, &c. illa saltem ex abundanti, vel forsàn ob dubia, quibus præcavendis, vel removendis, utilis videbatur, petita est, neque existimandum, ac si inde demum vigorem suum istæ LL. vel Statuta Provincialia nactæ sint; nam, experientia teste, plurimæ Leges & Constitutiones ab Electoribus, Principibus & reliquis Statibus, in territoriis latæ, tali Cæsarea confirmatione munitæ non sunt, & eo non obstante, eandem vim & auctoritatem, quam reliquæ habent. Quod idem de Statutis Civitatum Imperialium judicandum est, cum hæc vi *supr. alleg. Art. VIII. Instr. P. §. Tam in universalibus &c.* in jure utendi omnibus majoribus & minoribus Regalibus, illaque exercendi, ne uno quidem, neque ita LL. ferendarum excluso, ceteris Statibus, Electoribus scilicet, Principibus, Comitibus ac Baronibus Imperii, penitus æquiparata & adæquata sint, ut quod competit Principibus in territoriis majoribus, id Civitatibus Imperialibus liberis in minoribus

minoribus



minoribus suis territoriis, circa jus utendi Regalibus, eaque exercendi vi istius *J. Tam in universalibus &c.* nequaquam possit denegari, cui & subscribit Gailius in *Tract. de Arrest. Imper. cap. 9. n. 1. ibi: Quia illa, (Civitates Imperiales) tenent locum Principis, & tantum possunt in sua Republica, quantum Imperator in Imperio.* Nisi forsan hic vel illic specialia obitent pacta, seu transactiones, utpote quæ omnia Jura alias competentia alterare ac transformare solent. Videtur quidem juri huic Statuum de LL. ferendis dubium aliquod injicere Rubrica *tituli XV. Ord. Polit. de 1577.* ita sonans: Von etlichen Articulen / darinnen dennen Obrigkeiten Ordnung vorzunehmen befohlen wird; *it. tit. X. cit. O. P.* in quo dicitur: Es soll eine jede Obrigkeit binnen Jahres Frist bey Pön 2. Marck löth. Goldes schuldig seyn / ihren Unterthanen eine gute ehrbare Ordnung zu machen *ic. it. Reform. Pol. de 1588.* hierdurch ein jeder Obrigkeit ohnbenommen / diese Unsere Ordnung einzuziehen / aber keines wegs zu erhöhen oder zu vermehren; cum enim in his cit. l. Textibus Statibus partim simpliciter, imò sub pœna injunctum, ut salubres ferant Leges, partim eorum potestas statuendi restricta appareat, inde elici posset, ac si facultas circa hoc Regale non ita ab eorum pendeat arbitrio; Sed istiusmodi particulæ, quæ hic & illic in Imperii Constitutionibus reperiuntur, ne ullum quidem præjudicium Statuum Juribus, vi Superioritatis Territorialis his competentibus, facere possunt, si quidem non nisi ipsis Statibus volentibus & consentientibus dictis Constitutionibus inferi potuerunt, ac ita in hoc vel illo casu, cujus gratia insertæ sunt, Status Juri suo renunciaverunt, & vi pacti erga Imperatorem & se invicem, sibi ipsis quasi Legem scripserunt, seque ad id, quod ipsis injungitur, obstrinxerunt, ad quod antea haud fuerunt obligati,

E ti,

ti, ut ita ea, quæ antea fuerunt voluntatis, ex post facta sint necessitatis. Penitus ergo salva manet, vi superioritatis territorialis & vigore sæpius alleg. *Art. VIII. Instr. P.* Statibus competens circa LL. in territorio ferendas, contra salutem Imperii publicam non tendentes, potestas.

§. III.

Cui vero competit Jus Leges ferendi, & ille potestatem habet, circa earum interpretationem, quæ alias triplex est, *Authentica* scil., *Usualis & Doctrinalis*; *Hæc* pertinet ad *Cathedram*; & iterum, ratione formæ, est vel *declarativa*, quo pertinent definitiones, divisiones, *Regulæ Juris*, conclusiones ex iis deductæ, & casus secundum suas circumstantias devoluti; vel *extensiva*, quæ in ampliatione LL. & in earum argumentis occurrit, vel *restrictiva*, consistens in exceptionibus Legum & earum limitationibus. *Illa* pertinet ad forum, & consistit in hujus observantia ac stylo curiæ, præjudiciis scil. in illo iudicio usitatis, conf. Stryk. *Diss. de Stylo Curie*. *Illa* vero, fit ab ipso Legislatore, si vel sensus Legis penitus non potest intelligi, vel Lex per Jctorum dissensum admodum dubia est facta; & de hac, *Authentica* scilicet interpretatione, nobis hoc loco est sermo, qua solus gaudet Legislator, *arg. L. 16. de LL.* Et ita in Imperio nostro Rom. Germ. interpretatio LL. universalium neminem admittit, nisi Imperatorem cum Statibus simul, utpote Legislatores, uti pluribus §. I. demonstratum, atque probatum est. Licet enim, in variis Imperii Constitutionibus potestas LL. interpretandi Imperatori reservata esse videatur, uti in *R. I. de 1541.* ibi: Doch haben Wir Uns vorbehalten über vorgemeldeten Fried: Stand / so oft solches die Nothdurfft erfordert / jederzeit Declaration und Erleuterung zu thun/wie Wir Uns solches hiermit ausdrücklich und wissentlich vor:

vor

vorbehalten; Hujus tamen intuitu ea, quæ in §. I. de forma publicandi LL. Imperii latius exposita sunt, huc repeti possent, & loca ejusmodi non aliter intelligi queunt, quam sub clausula: *in quantum de Jure Publico*, cum consensu scil. Imperii Statuum, siquidem id satis clare ostendit *Instrum. P. Art. VIII. vers. Gaudeant*, ubi Legumlatio & interpretatio habentur ut planè connexa, & omnium Statuum suffragium, desuper requiritur, ad quod sese obstrinxit quoque Ipse Augustissimus Imperator noster CAROLUS VI., in *Capitul. Sua Art. 2.* hisce verbis: Keinesweges aber (des H. Reichs Ordnungen und Gesetze) ohne Chur- Fürsten/ Fürsten und Ständen auf Reichs- Tågen gleichmäßig vorgehende Bewilligung ändern/ vielweniger neue Ordnungen und Gesetze im Reich machen/ noch NB. allein die interpretation der Reichs- Satzung und Friedenschlusses vornehmen/ sondern mit gesamter Stände Rath u. Vergleichung auff Reichs- Tågen damit verfahren/ zuvor aber darinnen nichts verfügen noch ergehen lassen etc. Quod autem Legum particularium, seu provincialium, interpretationem concernit, illam nemo sibi arrogare potest, nisi is, qui LL. istas vi Juris sibi competentis, & in §. II. *hujus Sect.* satis prolixè deducti, pro arbitrio in territorio suo tulit.

§. IV.

Idem quoque dicendum est de LL. mutatione & abrogatione, ut ita territorii Dominus omnino gaudeat potestate, imò ipsi incumbat, si videt LL., quæ hæctenus in territorio in usu fuerunt, forsan mutato territorii Statu haud amplius quadrare, ut istas in majorem Reipublicæ, cui præest, utilitatem ita mutet, vel abroget, uti conditio, vel status præsens subditorum & Regionis id desiderat, qua de re in §. III. IV. V. & VI. *Sect. 1.* fusius actum est; modo ea

femper observentur, quæ in §. XII. dictæ *Sez. I.* monuimus, ut scil. res ante gesta decidantur secundum Jura, quæ illo adhuc tempore vigeant, ne ulli per ejusmodi mutationem nascatur damnum, vel jus ex pacto, contractu, vel quasi secundum LL., quæ posthac demum mutatae vel abrogatae sunt, inuito antea jam quæsitum auferatur. Hoc vero non tantum de LL. à se ipso vel Majoribus latis, sed omni modo quoque de jure Civili Rom. affirmandum. Dubium quidem hac de re exinde moveri solet, quod Jus Civile Rom. in toto Imperio pro Communi habeatur, & in Imperii Constitutionibus receptum ac confirmatum sit; uti elicitor ex *Ord. Wormat. de 1495. §. It. als täglich 2c.* in qua constitutum, in appellationibus à sententia interlocutoria illud obtinere debere, was in denen Kaysersl. Rechten geordnet ist. Similiter ex *O. Cam. P. I. T. 13. §. 1.* quo Assessoribus Camerae injungitur. auf des Reichs gemeine Rechte Urthel zu fassen; nec non *cit. O. C. P. I. T. 57.* vi cuius Assessores jurare tenentur, nach des Reichs gemeinen Rechten zu richten / ut & Consilarii Aulici juramento præstito affirmant, des H. Reichs Constitutiones neben denen gemeinen beschriebenen Rechten in acht zu nehmen / &c. *Ord. Jud. Aul. Tit. VII. §. 21.* Sed illud statim eliditur, si consideramus, quod unius positio non sit alterius exclusio, & in *ead. cit. l. Ord. Cam. P. I. T. 57.*, quo Assessoribus Camerae observantia des Reichs gemeiner Rechten mandatar, iisdem simul injungatur, und nach redlichen ehrbaren ländischen Ordnungen / Statuten und Gewohnheiten derer Fürstenthümer / Herrschafften und Gerichten zu sprechen; ut, ita Jus Civ. Justinianicum sit quidem in Imperio nostro Rom. Germ. ut commune receptum, sed saltem in tantum, in quantum singulari Lege, statuto, vel consuetudine illi non est derogatum, & casus obvenientes  
 secundum

secundum illud sint decidendi, si de iis in specialibus LL. Provincialibus nihil plane sit positum. Valet ergo jus hoc Justinianeum, sed saltem in subsidium, uti clarissimis verbis ipsa *Judicii Aul. Ord. Tit. 1. §. 15.* disponit, daß auch jedes Stands/ Lands/ Orths und Gerichts/ sonderlich die gebührliche allegirte und probirte Privilegia, gute Ordnungen und Gewohnheiten / und NB. in Mangel derselben die Kaysersl. Rechte &c. in acht zu nehmen seyen/conf. Gail. *L. 11. O. 124.* Quod autem ad exempla LL. Provincialibus Juri Communi derogatum esse attinet, vix unus in Imperio erit locus, qui tale quoddam non possit suppeditare, uti diversæ Regionum & locorum Constitutiones, die verschiedene Land-Rechte und Statuten / satis ostendunt, in quibus de Solennitate Testamentorum, de diverso modo ineundi contractus, de materia successionis ab intestato, de pactis dotalibus conjugum, de forma Processus &c. diversimode disponitur. Attamen id quod hucusque de jure, cuilibet Imperii Statui circa mutationem & abrogationem juris communis competente, dictum est, non aliter est intelligendum, quam quatenus facit ad administrationem Justitiæ inter istius Status subditos, vel eos, qui per contractum, seu delictum, *L. 1. C. ubi de Crim. Carpz. L. 11. Resp. 29. & 30.* Donauer *de Foro delinquentium*; seu aliam ob causam ibi sortiuntur forum; neutiquam vero quoad Statum ipsum, quatenus ut privatus habetur, sicut scribit Reinkingius *de Regim. Sec. & Eccles. Lib. 1. Cl. 4. cap. 17.* *Quamvis Principes Imperii respectu subditorum publicam personam sustineant, respectu tamen Imperatoris & totius Imperii pro Privatis eos habendos esse.* Multis enim in rebus Principes atque Civitates Imperii, præprimis si inter se contrahunt, vel litigant, jure privatorum uti debent, & tali casu in nullius Status arbitrio positum est, qua

Lege in Imperio vivere velit, nec se ipsum ab obligatione Juris Civ. Commun. semel in Imperio recepti eximere potest, siquidem hoc respectu non est Legislatoꝝ, sed potius vigore pacti, vi cujus istud una cum Imperatore & ceteris Con-Statibus recepit, illius dijudicationi se subjecit, quatenus sibi res est cum Con-Statibus, & pro privato censendus, conf. Ludolph. Hugo *de Statu Reg. Germ. Cap. VI. §. 4. 5.* Gail. *Lib. II. O. 55. n. 7.* Quoad territorii autem subditos, ac eos qui in illo ex hac vel ista causa forum fortuntur, intuitu validæ sæpius dicti Juris Commun. mutationis & abrogationis, paulo ante dicta neutiquam nos sinunt dubitare. Eo expeditus res sese habet cum Jure Canonico, præprimis inter Status Protestantes, in quorum Territoriis ejus autoritas quasi penitus exolevit; licet enim in variis causis, uti in matrimonialibus, præscriptionis &c. secundum ejus dispositionem in foris Protestantium pronunciari soleat, id tamen non fit, quia Jus Canonicum ita disponit, sed quia ejusmodi istius dispositiones Statuum Ordinationibus vel confirmatae sunt, vel retentæ, conf. Strykii *not. ad Brunnem. Jus Eccles. L. 1. Cap. 3. §. 4.* Mutationem autem Juris Feudal. commun. à cujuslibet Status arbitrio pendere, circa Feuda & Vasallos, in quos Dominium directum exercet, minime negare possumus, cum Jus istud sit mere consuetudinarium, & non obliget, nisi ex recepto Struy. *Synt. Jur. Feud. Cap. 1. Th. 7. n. 4. 5.*

§. IV.

Quod tandem concernit abrogationem publicarum Imperii Constitutionum, Imperatoris & Statuum consensu initarum, illa non ab unius vel alterius, Imperatoris scil. vel Statuum, tantum pendet voluntate, sed iterum ambarum Partium requiritur consensus, secundum ea, quæ latius jam in §. I. hujus *Sec. II.* sunt explanata, siquidem  
Legum-

Legumlatio, & earum abrogatio ex eadem fuit potestate, laud. Ludolph. Hugo *Cap. III. §. 21.* Ab abrogatione vero, discrepat aliquatenus derogatio, quæ fit saltem in parte, sed ista in toto Reink. *de Regim. sec. & Eccl. L. II. Cl. 2. cap. 9. n. 34.* Et ratione hujus non penitus videtur negandum, quod Status Imperii in Territorio illis Imperii Constitutionibus aliquatenus derogare possint, præprimis si vident, statum ditionum & subditorum suorum esse diversum, ut Constitutiones istæ Imperii non admodum bene iis applicari possint, aut alias utilitatem Reipublicæ, cui præsumunt, id exigere, semper enim Leges ad statum & conditionem Regionis ac subditorum quadrare debere, & Regenti omnino earum rationem habendam esse, in priori Sectione sufficienter ostensum est.

§. VI.

Attamen Jcti hac de re in diversas trahuntur partes; Sic potestatem eam Imperii Statibus simpliciter denegat Ziegler *de Jur. Majest. Lib. I. c. 5.* de Constitutionibus Provincialibus ita inquit: *Dum tamen de iis rebus sint, quæ per Recessus Imperii nondum sunt determinatæ. Quod his enim quid adversum statuere nequeant, id inde est, quia vel propria conventionione vel numero victi parere coguntur.* &c. quam sententiam negativam quoque fovet Mylerus ab Ehrenb. *de Princip. & Stat. Imp. P. II. c. 39. §. 5.* perhibens: *Excipio tamen publicas Imperii Leges communi Principum & Statuum suffragio latas, &c. Hæ enim nunquam, aut certe difficillime per specialia statuta convelli queunt,* ut & Knipschild, eodem vergere videtur, quando in *Lib. II. de Civit. Imp. C. 10. n. 46.* dicit: *Nec valent Statuta, contra Publicas Imperii Sanctiones & Ordinum Recessus &c.* Atque negativam hanc tuentes sententiam præprimis nituntur argumento *Instr. P. Art. XVII. vers. Pro majori, ibi:*

Sit

*Sit haec Transactio perpetua Lex & pragmatica Imperii Sanctio impofterum, æque ac aliæ Leges & Constitutiones fundamentales Imperii &c. It. R. I. de 1532. §. Nachdem auch etliche ꝛc. nec non Ord. Cam. P. II. Tit. 28. §. Und dies weil bishero ꝛc. A contraria vero affirmativa scil. sententia præ aliis stat Reinkingius, qui potestatem istam Legibus Imperii intra Territorium derogandi plane & simpliciter Statibus tribuit, in Tract. de Regim. Sec. & Eccles. Lib. II. Cl. 2. c. 10. n. 5. hoc modo contendens: Statuta namque Juri publico contraria hi duntaxat pro modo jurisdictionis suæ concedere possunt, qui Jus Superioritatis, sive regalem eamque perpetuam in Territoriis suis potestatem habent, &c. Cujus vero sententiam indistinctè affirmativam minimè nostram facimus.*

§. VI.

Alii distinguunt; ut Knipschild. postea *supr. cit. l. & Ludolph Hugo in sæpius allegato Tract. de Statu Reg. Germ. Cap. III. §. 21.* an Legi universali clausula derogatoria quoad Statuta Provincialia vel consuetudines adjecta sit, an secus; & hoc casu ab illa recedere & contrarium statuere, isto autem casu nullo modo id posse Imperii Status existimant; Si vero consideramus 1.) ejusmodi clausulam derogatoriam non semper expresse apponi, ut ipse Ludolph Hugo *cit. l.* fatetur, & nihilominus alias ob causas huic, vel illi Constitutioni publicæ derogare minimè licitum esse. 2.) Clausulam istiusmodi derogatoriam omnibus fere Recessibus tacitè inesse videri, dum in fine eorum communiter hæc verba legantur: **Und Wir Chur-Fürsten / Fürsten / Prälaten / Graffen und Herrn / auch des H. Reichs Frey- und Reichs-Städt ꝛc. gereden und versprechen in rechten / guten / wahren Treuen solche / so viel einem jeden selbst / seine Herrschafft / oder Freunde / von denen er abgesandt / oder Gewalthaber ist / betrifft / oder bes-treffen**



treffen mag / wahr / stet / fest / aufrichtig und unverbrochen zu halten / zu vollziehen / und dem nach allem Unserm Vermögen nachzukommen / und zu geleben / sonder Gefehrde. Per hanc enim expressam promissionem, exactè observandi illam Constitutionem, eo ipso hanc sibi Legem dicere videntur Status, se nunquam Recessibus derogare velle, cum tamen ipse Hugo cum aliis in quibusdam casibus admittat contrarium, ut proinde ex hoc facile appareat, distinctionem istam circa clausulam derogatoriam non sufficere ad decidendam hancce controversiam; Ad quam non plus facere videtur, si idem Hugo *loco cit.* perhibet: tunc Statum Constitutionibus Imperii derogare posse, cum disertè id permittatur Ordinibus, uti ejusmodi habeatur clausula in *Princ. Ordin. Crim. Caroli V.* verbis: Doch wollen Wir durch diese gnädige Erinnerung Chur- Fürsten / Fürsten und Ständen an ihren alten / wohl hergebrachten und billigen Gebräuchen nichts benommen haben; ut & in *noviss. Imper. Rec. I.* Sehen demnach. *It. in §.* Doch mit diesem Zusatz *ic.* ubi sequentia leguntur: Zum zweyten demjenigen ebenmäßig nachgelebet werden solle / was Chur- Fürsten und Stände in ihren Territoriis, nach deren Ihnen am besten bekandten Zustand und erlittenen Kriegs- Schaden / wie es in Credit- Sachen unter Ihren Unterthanen und Bürgern zu halten / allbereit verordnet / und nach Anleitung folgender Regula weiter verordnen möchten *ic.* Tales enim casus à statu controversiæ est prorsus alienus, cum non sit necessarium, sed plane superfluum, de eo quod expressis verbis constitutum, vel reservatum est, quæstionem movere; In quam controversiam vel quæstionem neque incidit, si in ipsis Comitibus Status contra Constitutionem aliquam in suo Territorio recipiendam expresse protestatus,

F

atque

atq; protestatio illa ipsi Recessui inserta sit, uti factum in *Rec. Worm. de 1521.*, quo Sax. Dux Georgius contra Constitutionē, vi cuius fratrum liberi cum patruis suis in stirpes succedere debent, non obstante alia consuetudine, expressa protestatione se munivit, ne contra Juris Saxonici, Land-R. *Lib. 1. Art. 13, & 17. Carpz. P. III. C. 18. D. 1.* dispositionem in suo reciperetur Territorio, quæ etiam dicto Recessui sequentem in modum inserta est: Doch hat Unser Oheim/ Herzog Friedrich von Beyern/ dergleichen Unser Oheim/ Herzog Georg von Sachsen mit öffentlicher Protestation vor Uns/ Chur- Fürsten/ Fürsten und Ständen nicht anders in diß nachfolgende Einschreiben der Fürstlichen Person und sonst bewilligen wollen/ dann Ihnen/ Ihren Bettern und beyden Häusern Bavern und Sachsen/ an Ihrer Session, alten Herkommen und Gebräuchen/ unabbrüchig und unbegeben. Quapropter & *Illustr. Sam. Stryk. in Usu ff. Mod. Tit. de LL. §. 6. in fine* valde miratur, *Mynfingerum Resp. 36. n. 6.* veritum esse, ne causa ad *Cameram* delata, sententia contra fratrum liberos ex Jure Saxon. lata retractetur; cum enim protestatio illa consensu Imperatoris & ceterorum *Con- Statuum* Recessui inserta fuerit, eo ipso quoque Imperator & reliqui Imperii Ordines istam approbarunt, quod vero in *Comitali Sessione* est approbatum, illud *Cameram* improbaturam fore, vel illi contravenire posse, vix sane credendum.

§, VIII.

Majorem ergo enucleationem rei huic inferet, si distinguimus potius i.) inter *LL. Imperii*, quæ communem totius Germaniæ statum concernunt, atque ad universam servire debent salutem; & inter eas, in quarum exacta conservatione salus totius *Rom. Germ. Imperii* non adeo posita est, sed potius faciunt ad *singularium Regionum* ad-

mini-

ministrationem. 2.) Inter obligationem, quæ ex promissione & consensu Ordinum Comitiali erga Imperatorem & se invicem nascitur, & eam, quæ inter Statum & ejus subditos. Quod igitur 1.) concernit, omni dubitatione caret, ea quæ ad universi Imperii statum pertinent, ac universale ejus involvunt commodum, neutiquam ab hoc vel illo Ordine mutari, vel contraria Constitutione illis derogari posse. Et ad hunc casum pertinet ille in §. VI. cit. v. *Pro Majori Art. XVII. Instr. P.* siquidem pax Westphalica quietem totius Germaniæ involvit, ita huic sine turbatione quietis & salutis publicæ contraveniri nequit. Similiter eo spectant *Rec. Imp. de 1532. §. Nachdem auch etliche re. & Ord. Cam. P. II. Tit. 28. §. Und dieweil bishero re.* ubi Constitutiones Provinciales, quibus appellatio ad Summa Imperii Judicia simpliciter prohibetur, annullantur; per ejusmodi enim Statutum præjudicaretur Imperatoris & totius Imperii summæ jurisdictioni. Quæ vero LL. Imperii potius ad singularis Provinciæ administrationem spectant, non denegandum est Ordinibus jus, si necessitas, seu Regionis vel subditorum conditio id exigat, istas aliquatenus commutandi, & aptandi ad statum præsentem Reipublicæ cui præsent, utpote qui Regnanti semper maxime est observandus, secundum ea, quæ in *Seß. 1. §. 3. 4. 5. adducta. conf. sæp. laud. Ludolph Hugo Cap. III. §. 18.* Quod ad 2.) obligationem scil. ex ea Conventionione Statuum Comitiali orientem, attinet, ista obstringit potissimum Imperatorem & Status erga se invicem, utpote inter quos pacta illa intercesserunt; nam paciscentes semper ex pactis suis ad earum exactam observantiam tenentur. Cum subditis autem propriis nullus Ordinum Imperii in Comitibus paciscitur, ergo etiam ex Comitiali Conventionione subditis propriis obligari nequit, nisi in iis casibus, qui emolumentum

concernunt totius Imperii, ita e. gr. ratione eorum, quæ intuitu Religionis, Pacis Profanæ, vel Publicæ, &c. in his, vel illis Imperii Constitutionibus sancita sunt, omnino quilibet Statuum & erga proprios subditos obligatur; In quibus vero casibus nec communis Germaniæ versatur prosperitas, nec in specie & quoad cujuslibet subditos obligatio intercessit, quilibet Imperii Status obligatur quidem ex conventionem & pacto in Comitibus inito, sed saltem respectu Imperatoris & Con-Statuum, quorum spectare debent, quæ refert Strauch. *Dissert. de Statut. à summo Princ. quod scil. ea, quæ semel probata, amplius displicere non debeant*; Sed in proprio Territorio, prout ejus conditio, salus & necessitas, de quibus Domino Territorii melius constare potest, quam Imperatori & aliis Imperii Ordinibus, requirit, Leges Imperii mutare, restringere, vel extendere Illi licere, minime erit negandum; siquidem formula illa, *Wir Chur- Fürsten / Fürsten etc. gereden und versprechen auch in guten / wahren Treuen / die oben beschriebene Punkte und Articul stet / fest / aufrichtig und unverbrüchlich zu halten / zu vollziehen / und denen nach allen unsern Vermögen nachzukommen und zu geben*; quæ Recessus concludi solent, potius commune inter se vinculum respicit, quam Territorium & proprios subditos regendi modum, Stryk. *Us. ff. Mod. Tit. de LL.* Neque Imperii, nec reliquorum Statuum interest, quibus Legibus vel Statutis quis lites subditorum suorum decidere, & qua Ordinatione Regionem suam instruere velit.

§. IX.

Unde & exemplis abundamus, ubi Status in Territoriis suis multis in causis Constitutionibus Imperii diversimode derogarunt, uti Illustr. Sam. Stryk. *in supr. laud. Us. Mod. Tit. de LL. §. 8.* de experientia testatur: *vix Provin-*

*ciam*

*ciam dari in Imperio, ubi non habeantur Statuta & Consuetudines Imperii Recessibus adversantes.* Ita ea, quæ Tit. XI. & XIV. Ord. Pol. de Anno 1577. ratione vestimentorum & aliarum rerum ad munda & ornamenta pertinentium, quibus quilibet pro conditione sua uti debeat, ordinata reperiuntur, vix in una quidem Germaniæ Provincia observantur. Nec non Tit. XVIII. Ejusd. Ord. quo monopolia sub confiscatione honorum & alia gravi poena prohibentur, in desuetudinem abiit, cum omnes fere Germaniæ Provinciæ ejusmodi monopoliis abundant, quorum & in ipsis Imperatoris terris hæreditariis varia habentur. Siquidem & interdum utilitas publica ista requirere potest, si v. gr. Respublica certis mercibus indigeat, nec sit, qui ob ingentem laborem vel majores impensas, eas suppeditare velit, nisi & lucro inde proveniente solus frui possit; vel etiam, si quarundam mercium usus non sit admodum frequens, ut ita, si plures iisdem instructi, alter alteri ruinam struat, qua de re pluribus egit Carpz. Decis. IV. Sicut etiam Tit. XXXI. eod., in welchem denen Weibs & Personen das Springen verbothen wird / hodie uti arbitror, non amplius observatur. Sic ratione R. I. de 1551. quo §. So haben Wir ꝛ. locatio conductio cudend, Monetæ prohibetur, contrarium in usum deductum, Stryk. Us. ff. Mod. Lib. XIX. Tit. 2. §. 67., ut & R. I. de 1571. §. Wie verächtlich ꝛ. & R. I. de 1582. §. Nachdem auch ꝛ. / quibus expresse prohibetur, Dreybäzner / halbe Batzen / und Pfennig zu schlagen / valde profecto derogatum est, nam in multis Statuum Provinciis magna earum multitudo quotidie cuditur, ut & aliæ monetarum species, quarum nulla in Recessibus mentio fit, quod permiffæ sint, quæ tamen, als die Sächsische und Brandenburgische Sechser / ꝛ. in illis provinciis expenduntur, cum nec Con. Statibus,

seu subditis Eorum, nec propriis subditis per ejusmodi  
 species veter Land- Münzen inferatur præjudicium; Il-  
 li enim eas accipere non coguntur, sed per suas terras pro-  
 hibere possunt, uti exempla sunt in aprico, nec valent  
 extra Territorium eudentis; his vero sufficit, quod pro-  
 priis in Territorio omnia, quæ ipsis libent, habere possint,  
 & ita nullius interest, qualibus monetis minutis, Land-  
 und Scheid- Münzen / quilibet Status alias jure mone-  
 tandi gaudens in Territorio suo uti velit, conf. Illustr.  
 Dn. à Ludevvig in Comment. ad A. B. Eodem modo res  
 sese habet quoad R. 1. August. de 1551. §. Diesem zu be-  
 gegnen &c. cujus in fine, ne Judæi actiones contra Chri-  
 stianum competentes Christiano cedant, neque hic ejus-  
 modi actionem à Judæo emat, ita sancitum est: Es sol-  
 auch kein Christ hinfürter einem Juden seine action und  
 Forderung gegen einen andern Christen abkauffen / o-  
 der ein Jud als Schuld- Gläubiger einem andern Chri-  
 sten solche actionen in einige Weis cediren oder einiges  
 Contracts- weis zu stellen / bey Verlust der Forderung.  
 De hujus enim observantia vel potius non observantia ita  
 testatur Blumius in Pr. Cam. Tit. 34. §. 107. Verum hæc con-  
 stitutio Hamburgi non observatur, nec credo illam ullibi in  
 Imperio observari; & sapius laud. Dn. Strykius in Us. ff.  
 Mod. Lib. XLIX. Tit. 4. §. 12. ea stat sententia, quod ejus-  
 modi cessio non sit invalida in iis locis, ubi Judæi autho-  
 ritate Principis recepti, & ipsis Civium jura communia  
 sint tributa. Cui & subscribit Illustr. Dn. à Berger, in Re-  
 sol. LL. Obst. Tit. de Hered. vel A& vend. & in Oeconom.  
 Jur. L. 3. T. 1. §. 5. hunc in modum: Usu commerciorum  
 receptum est, ut nomen à Judæo adversus Christianum con-  
 tractum, & actio ex eo adversus Christianum competens  
 non Judæo minus, quam Christiano cedi possit. Similiter  
 Ord.

*Ord. Polit. de 1577. Tit. XIX. sancit, ne fructus in herbis alio pretio, quam quod tempore contractus, vel 14. dies post messem pro iis solvitur, vendantur, hisce verbis: Sed doch das dasselbig Fürtenhen und zuvor ausgehen anders und mehrers nicht / als auff den Schlag und gemeinen Kauff / was nemlich der Wein / oder das Getraid zur Zeit des Contracts / oder aber 14. Tag die nächsten nach dem Herbst oder der Erndten gelten wird / beschehe / à qua vero quoad terminum valoris recedit Ord. Prov. Wirtenbergica Tit. 60. §. 2. ita disponens: Was die Früchte 8. Tag vor oder nach Martini ohngefährlich gelten 2c. quia forsan hic terminus valoris ratione terræ Wirtenbergicae convenientior visus fuit.*

§. X.

*Ita etiam Reform. Polit. de 1548. Tit. Von wucherlichen Contracten / §. Und nachdem 2c. quod venditori, non vero emtori ab emtione venditione annuorum reddituum recedere liceat, sequentibus verbis expresse disponit: Und die Loskündigung der Gült: Verschreibung auff Wiederkauff / wie Wiederkauffs Recht (soll) bey dem Verkäufer und nicht dem Käufer stehen; Imo clausula derogatoria adjecta videtur, per sequentia: Unangesehen / wie dieselbig Gült: Verschreibung gestellt / und was darüber gegeben / genommen / oder gehandelt / wollen Wir / das dasselbig und alle andere ohnzüemliche Pacta oder Gedung für wucherlich und unkräftig geacht / gehalten und von dem Richter nicht darüber erkandt / oder geurtheilt / sondern wie obgemeldt / gestrafft werden soll. Et Blam. in Pr. Cam. Tit. 34. §. 96. perhibet, ejusmodi pacto tanquam illicito renunciari oportere, antequam mandata ad solvendas annuas pensiones impetrari possint, vel solere mandatum quoad pensiones decerni, quoad sortem vero*

vero

*vero denegari, referens præjudicium in causa der Abtissin und Convents zu Sion in Cöln C. Solms s. Martii 1661. Licet enim in R. I. de 1600. §. Ferners ist bis anhero ꝛ. ejusmodi pacta pro licitis haberi, & vi eorum mandata decerni posse apparet, hæc dispositio tamen restricta est saltem ad eum casum, si debitor annuorum reddituum in mora existat, ubi verba ibi expressa, da er ( der Schuldner ) in Zahlung der Jährigen Gülden sich säumig erzeigen würde ꝛ. & ita extra casum moræ vigore d. Reform. Polit. §. Und nachdem ꝛ. Jus ab ejusmodi contractu recedendi, emtori denegatum manet. Nihilominus tamen contra harum Imperii Constitutionum dispositionem, Jure Württembergico in Ord. Provinc. Tit. Privats oder sonder Personen auffnehmen belangend / & Lit. O. ibid., statutum est, ut & emtor annuorum reddituum venditorem adstringere possit, ad sortem intra 3. vel 4. annos restituendam, expressis hisce verbis: Doch dergestalt / daß er solch auffgenommen Geld in 3. oder 4. Jahren gewißlich wieder ablösen ꝛ. thue. Præjudicium vero, quod Blum. cit. l. in causa Abtissin und Convents zu Sion in Cöln / C. Solms in medium affert, quod mandatum quoad sortem fuerit denegatum, ad ea potius spectare videtur, prout §. VIII. pluribus explanatum est, singulari statuto vel pacto, alii Imperii Statui, uti hoc loco Solms fuit, præjudicari non posse contra dispositionem Constitutionum Imperii. Idem dicendum quoad materiam usurarum tam ex mutui, quam annuorum reddituum contractu debitarum. Circa has enim R. I. noviss. de Anno 1654. majores quincuncibus expresse prohibet, ita sanciens in §. anreichend 174. Sollen von nun an die künfftige Zins und interesse, sie seyen aus wiederkäufflichen Zinsen / oder vorgestreckten Anlehen herrührig / und versprochen / jedoch*

jedoch



jedoch nach Anweisung der Reichs-Constitutionen und weiter nichts als 5. pro Cento alle und jede Jahre in verglichenen Terminen ohnfehlbar gezahlet 2c. Quantam vero derogationem Recessus in hoc argumento passus sit, pleraque Germaniæ Provinciæ satis ostendunt. Sic in Electoratu Brandenburgico ex edicto Divi Joh. Georgii de anno 1573. Semissales in genere approbatæ sequentem in modum reperiuntur: Demnach so setzen / ordnen und wollen wir / daß hinführo in unserm Churfürstenthum und Landen vermöge höchst-gedachtes Unsers Herrn Vaters Edicts kein Geld höher Zins / dann das Hundert um Sechs soll geliehen werden / uti testatur Brunnem. ad L. 26. n. 9. C. de Usur. Scheplitz ad consuetud. Marck. p. 4. 2. 1. Idem affirmat Hahn ad Wesenb. de Usur. 4. n. 11. de Ducatu Magdeburgico. Item de Sexcuncium observantia in Ducatu Megalopolitano testis est Cothmannus V. l. Conf. 18. n. 198. & 236. Nec non de terris Coloniensibus, quod ibi publico Edicto de 1590. promulgato idem permissum sit, refert Casp. Klock. Tom. II. Conf. 40. Quod & etiam de Ducatu Bremensi asserendum, vi Edicti Archiep. Henrici de 1580. §. Dennoch haben wir 2c. conf. Mey. Tr. von wucherlichen Contracten P. I. C. 6. §. 8. Et Richter P. II. Dec. 74. usuras Sexcunces per totam Saxoniam, Electoratu excepto, licitas esse affirmat, conf. quoque Lauterb. de Jure in Curia Mercat. usit. Th. 110. Imo de ipsa Austria & ceteris Provinciis Cæsareis hæreditariis testatur Dn. ab Andlern in Corp. Constit. Imp. voc. Gült. n. 12. quod in illis Sexcunces pro licitis habeantur. Equidem refert Blum. in Proc. Cam. Tit. II. §. 17., quod hujusmodi Statuta, consuetudines, vel pacta à Camera Imperiali non attendantur, sed pronunciationes pro sexcuncibus latæ, si res postea ad appellationem fuerit deducta, reformentur, & non plures, quam

quam 5. pro 100. concedantur, ex ratione Ordin. Polit. de 1577. Tit. 17. pr. & §. antepen. ; multas etiam ea de re allegat sententias Camerales cit. l. Imò si in obligatione 6. pro 100. promissa sint, supplicansem huic pacto renunciare teneri, & saltem 5. pro 100. petere, testatur. Idem Blum. Tit. 34. n. 95. & id factum esse in causa Buchenau C. Waldeck/ &c. & si non factum, decerni solere: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern wofern Supplicant dem Pacto u/urariorenuunciiren wird / soll ferner ergehen was recht ist / & ita decretum fuisse, in causa Truchsessen C. Wolffs Thal. Id quod quidem adhuc hodie in Camera Imperiali in viridi est observantia; Sed propterea tamen Status non prohibentur, quomodo in territoriis suis id haberi velint, & Constitutiones ejusmodi R. I. contraria, præprimis si causa in appellationem non fuerit deducta, vel Ordines illi privilegio de non appellando gaudeant, non destituuntur effectu; Nullibi enim constat, Mandata Cæsarea (imprimis, cum in ipsis Imperatoris terris hæreditariis testante supr. cit. Dn. ab Andlern, Sexcunces licita sint) emanasse, quibus huic vel illi Statui circa approbationem Sexcuncium prohibitio fuerit injuncta; Camera vero Assessores, cum nomine Imperatoris & totius Imperii judicent, omninò quoque primariò ea jura, quæ Imperator & omnes Status in Comitibus tulerunt, sequi tenentur.

### §. XI.

Multa quidem hac de re in medium adhuc afferri possent; cum vero propositum fuerit, non tractatum, sed saltem Dissertationem conscribere, sufficiat, hisce aliquatenus demonstrasse, quæ circa Legumlationem vel earum mutationem tam in genere, quam in specie intuitu Reipublicæ

publicæ

publicæ nostræ Rom. Germ. veniant observanda; id sub-  
nectendo votum, ut Regentibus in Legibus ferendis, vel  
mutandis, Salus Reipublicæ, cui præsumt, sit semper  
primarius & ultimus.

F I N I S.

Cujus in amplexus æternaque foedera jungi,  
Semper *Amice* Tibi maxima cura fuit.  
En! tandem se sancta *Themis* Tibi sistit & of-  
fert,  
Quæ Tibi decrevit, præmia, ut acciperes,  
Dum publice, toto doctum applaudente Se-  
nate,  
Defendis clara themata scripta manu:  
Gratulor ex animo fructus decerpas abunde  
Sudoris Tecum Patria chara tui.

Consultissimo Dn. Candidato  
Differtationis hujus Autori,  
Fautori & Amico sibi æsti-  
matissimo ita gratulabatur

BERNH. NICOL. STORHAUSEN/  
J. U. D. Adv. & Procur. Fisc. Hass.



Judicium Pallas Tibi finxit perque polivit  
 Alma Themis, linguam Suada decensq;  
 Tuam.

Non honor est, BECHTI, Titulus ceu mo-  
 bilis inde:

Est virtus vivax, tristia fata fugens:

Est pariter multo doctrinaque parta labore:

Nam casto erudit docta Minerva sinu:

Est probitas mitis quanquam quæ sola perennis;

Ingenii currant flumina quanta Tui!

His donis applaudo Tuis! applaudo Parenti,

Cui Tali talem contigit esse datum!

Recte Majorum stimulant Te exempla Tuo-  
 rum

Quorum Tu famam sic renovare potes.

Hæc  
 gratulabundus  
 properante calamo  
 scripsit


J. A. E. D.

AD

AD PRÆCELLENTEM DOCTORANDUM  
 DN. ULRICUM FRIDERICUM  
 BECHTIUM,

**P**UBLICA quas statuit procerum consensio leges,  
 Has populo temere non temerare licet,  
 Est tamen & secli, nec non diversa locorum  
 Conditio, dictas quæ variare jubet.  
 Prisca novis cedunt, & hæc mutare futuris,  
 Haud scelus, utilitas cum probat atque salus.  
*Jura recedendi fidos, a lege statutorum*  
*Imperii mancant quæ, data jure Status,*  
 Ipse doces solidis rationibus, *optime Amice!*  
 Queis solidata fides, publica tuta salus.  
 Insolitum thematis rari patet argumentum,  
 Quod monstrare tibi, quodque probare, lubet  
 Ast habet in tacito quamplurima rara recessu  
 Indolis illustris signa colenda suo.  
 Rarus amor Studii, Jurisque scientia rara,  
 Dexteritas, Tua Gens queis generosa cluet.  
 Hinc merito summos confert tibi juris honores  
 Sacra Themis, summis annumerande viris.  
 Gratulor hos: dumque ex solido tua gloria constat,  
 Et favor ex solito constet amorque tuus,

Quem veneratur Illustr. ac Spectatissimæ FAMILIÆ  
 BECHTIÆ cultor perpetuus  
 ERNESTUS CHRISTOPH. ARNOLDI,  
 Illustr. Dicast. Giff. Adv. & Procur. Ord.



**S**o der Jugend heller Strahl  
 Durch Geschlechtes Wapen blitzet/  
 Und Apollo allemahl  
 Mit bey denen Helmen sitzet/  
 Maß des Stammes Glantz und Schein  
 Noch einmahl so helle seyn.

HochEdler Herr / der Jugend Ruhm  
 Will sich mit den Schwanen paaren/  
 Die sein graues Alterthum  
 Schon vor vielen hundert Jahren  
 Als ein edles Schau- & Gerüst  
 Sich zum Zeichen auserkieset.

Wann die Musen Ihm das Keiß  
 Jetzt um Seinen Scheitel winden/  
 Das ein unverdroßner Fleiß  
 Zur Belohnung pflegt zu finden/  
 Wann ein Purpur- & farber Hut  
 Jetzt auff Seinem Haupte ruht.

So wird auch verklärter seyn/  
 Seines Wapens Schwanen- & Zierde  
 Wann Sein Lob sich mitten ein  
 Setzet / welches die Begierde  
 So er hat zur Wissenschaft  
 Stets bezeigt / Ihm gebracht.

Und

Und wann Er das D. erlangt  
 Und HochEdler/ mit den Ahnen  
 Sein Ruhm um die Wette prangt /  
 Singen Ihm die weißen Schwanen  
 Seines Namens Ewigkeit  
 Und von keiner Sterblichkeit.

Dieses schrieb zu Bezeugung seiner  
 Schuldigkeit des Hochgg. Hn.  
 DOCTORANDI hiebevör ge-  
 wesener Stuben-Gesell und treu-  
 ergebenster Diener.

GENRO HEJNRICH HEEB/  
 J. U. C.



1758

Einige Worte von D. Christoph  
von Goltz über die  
Eigenschaften der  
Sinneseelen die in  
ihren Sinnen  
eine gewisse  
Einigkeit haben

Die Kunst  
der  
Menschheit  
zu  
erleuchten

1758  
J. U. C.



Coll. diss. A. 7, misc. 24